Pharmacopoeias

Brussels




PHARMACOPŒIA
BRUXELLENSIS.
Harrewyn fecit

PHARMACOPOEA BRUXELLENSIS

SENATÛS AUTHORITATE MUNITA.

EDITIO ALTERA.

BRUXELLIS,
Typis FRANCISCI FOPPENS.

M. DCCII.

NOBILISSIMO
AMPLISSIMOQUE

SENATUI BRUXELLENSI.

Nobilissimi Amplissimique Domini,

EMendatiorem Pharmacopœam in lucem edituri non diu hæsimus dubii cui po-

tiſſimùm nomini eam dedicaremus: Etenim cùm vos & Civium Veſtrorum incolumitati ſtudio indefeſſo proſpicere & ſaluti omnibus modis conſulere, & ut florentes ac beati vitam agant paternâ benevolentiâ curare non deſinatis, alia auſpicia quàm Veſtra aliudque patrocinium non potuit opus hoc jam pulchrius renaſcens deſiderare. Nam ſanitati & vitæ

tum Vestræ quæ nobis, tum Vestrorum Civium quæ vobis tam chara est mirificè prospicit, dum quo pondere quâ mensurâ compositiones & mixturæ vel ad tollendos morbos vel ad præservandam à morbis valetudinem vel ad curanda vulnera fieri debeant, accuratè, breviter ac dilucidè præscribit. Non licet in his sine valetudinis aut etiam vitæ

periculo errare. His diligenter ſervatis medela ſperanda eſt & corporum ſanitas, quæ ad publicum bonum augendum ornandumque conducit. Veſtris itaque prodit auſpiciis, à Veſtro nomine ſplendorem autoritatemque accipiet, nec Zoïlorum dentes, Veſtro tutum patrocinio opus mole exiguum utilitate magnum pertimeſcet: hoc vobis addito veteri illo

ὑγιαίνειν καὶ εὐπραξίειν, ſuoſque pariter labores Machaoniamque artem conſecrant

Nobiliſſimi, Ampliſſimique Domini,

Humillimi clientes

COLLEGII MEDICI ASSESSORES.

EX-

EXTRACTUM

Ex Mandato Nobil. & Ampliſſ. Magiſtratûs ſuper hoc diſpenſatorium.

UT ſit ordo generalis & uniformitas in diſpenſatione remediorum in omnibus hujus urbis Pharmacopoliis mandat NOBILISS. ET AMPLISS. SENATUS, quòd omnes Pharmacopœi inpoſterum teneantur ſequi hoc diſpenſatorium à *Coll. Med. Aſſeſſ.* dicti Senatûs autoritate evulgatum omneſque in eo contentas compoſitiones ſic conficere & in officinis aſſervare ſub multâ duodecim florenorum pro quacumque quæ aliter facta, in viſitatione officinarum ſuo tempore facienda invenietur, interim in caſu difficultatis vel dubii quod iidem Pharmacopœi teneantur Colleg. Med. conſulere antequam pro arbitrio ſuo aliquid mutare poſſint. Publicatum Bruxellis die 20. Martii 1702.

Signatum C. ZEGHERS.

BENEVOLO LECTORI.

HÆc est tertia Pharmacopœæ nostræ facies, quam necessitas extorsit. Cùm ultimæ Editionis nulla ampliùs extarent exemplaria, nos ad aliam evulgandam accingere coacti fuimus. Quapropter hanc damus non novam, sed ultimam hinc inde emendatam; & commodiori typo recusam, eundem ubique ordinem secuti. Multa tamen studio omisimus quæ nullo modo vel raro in praxi erant ne nimium Pharmacopœorum officinæ expensis inutilibus gravarentur, multa autem quæ in usu quotidiano erant, & quæ in alterâ desiderabantur adjecimus, ut ubique uniformitas tam necessaria in dispensandis remediis hac in urbe conservaretur;

quod

quod & non leve hujus Editionis argumentum fuit. Paucis instructa remediis officina satisfacere potest, cùm nullus Medicorum sit in praxi versatus (si plura desideret) quin ex tempore & ad libitum quascumque Compositiones concinnare possit. Si quibus autem tyronibus ea nimis jejuna esse videatur, discant nos tantum dispensatorium proponere, & discant sub Magistris in arte peritis laborare; si quid prolixiùs voluerint adeant Autores gravissimos qui eâ de re ex professo scripserunt quos consulere poterunt. Nos contenti fuimus regulam seu normam ponere secundùm quam officinæ nostræ hac in urbe semper instructæ esse debent. Interim benevole Lector si quæ mendæ irrepserint quas evitare non est facile, eas ut benignè corrigere velis precamur. Vale & fruere.

J. M.

CARA-

CARACTERES CHYMICI

Acetum	✠	*Hora*	⧖
Acet. destillatum	⊕	*Ignis*	△
Aër	△	*Jupiter*	♃
Æs Viride	⊕	*Luna*	☽
Alembicus	⋈	*Mars*	♂
Alumen	O	*Massa*	⌀
Amalgama	aaa	*Mercurius*	☿
Antimonium	♁	*Merc. præcipitatus*	☿
Aqua	▽	*Merc. sublimatus*	☿
Aqua fontis	▽Font.	*Nitrum*	⦶
Aqua fortis	▽F	*Nox*	♀
Aqua Regia	▽R	*Oleum*	◎
Aqua Ros.	▽Ros.	*Plumbum*	♄
Arena	∴	*Præcipitare*	⫫
Argentum	☽	*Pulvis, Pulverare*	♅
Argent. vivum	☿	*Retorta*	൭
Arsenicum	oo	*Sal Armoniacum*	✱
Auripigmentum	O-O	*Sal Commune*	⊖
Aurum	☉	*Sal Gemmæ*	♉
Balneum	B	*Sol*	☉
Baln. Mariæ	MB	*Spiritus*	Sp.
Bolus Armena	AB	*Stannum*	♃
Calx viva	♆	*Stimmi. Antim.*	♁
Cancer	♋	*Strat. sup. Strat.*	S.S.S.
Caput mort.	☹	*Sublimare*	♎
Chalcanth. vitriol	⊕	*Sulphur*	🜍
Chalybs	♂	*Tartarum*	🜿
Chalybis limatura	♂	*Terra*	🜨
Cineres	⫫	*Venus*	♀
Cinnabaris	⊖	*Vinum*	V.
Crucibul.	✠	*Vitriolum*	⊕
Destillare	♌	*Urina*	⊡
Dies	♁		

Acetum
Acet. destillatum
Aer
Aes Viride
Alembicus
Alumen
Amalgama
Antimonium
Aqua
Aqua fortis
Aqua fortis
Aqua Regia
Aqua Reg.
Arena
Argentum
Argent. vivum
Arsenicum
Auripigmentum
Aurum
Balneum
Baln. Mariae
Bolus Armena
Calx viva
Cancer
Caput mort.
Chalcanth. rubef.
Chalybs
Chalybis limatura
Cineres
Cinnabaris
Crucibulum
Destillare
Dies

PONDERA MEDICA
ET
MENSURÆ.

	Significatur per	et pendet
Granum	*G. vel gr.*	
Obolus,	℈ß.	*gr.x.*
Scrupulus,	℈j.	*gr.xx.*
Drachma,	ʒj.	℈iij.
Semuncia,	℥ß.	ʒiiij.
Uncia,	℥j.	ʒviij.
Sesquiuncia,	℥j.ß.	ʒxij.
Selibra,	*lib.ß.*	℥vj.
Libra,	*lib.j.*	℥xij.
Sesquilibra,	*lib.j.ß.*	℥xviij.

Manipulus est, quantùm manu comprehendi potest, et significatur per M. j.

Pugillus est, quantùm tribus digitis capi potest, et exprimitur per Pug. j.

Sunt præterea Medicis familiares, aliæ abbreviationum notæ: utpotè

	id est
N°.	*numero.*
Aã.	*ana. i. cujusque vel singulorum.*
Par.	*paria.*
Part. æq.	*partes æquales.*
Q. s.	*quantum sufficit.*
S. a.	*secundùm artem.*
B. M.	*Balneum Mariæ vel Maris.*

PONDERA MEDICA
ET
MENSURÆ.

Granum	Significatur	per G. vel gr.
Obolus,	℈ß.	gr. x.
Scrupulus,	℈j.	gr. xx.
Drachma,	ʒj.	℈iij.
Semuncia,	ʒß.	ʒiv.
Uncia, per	℥j. et pendet	ʒviij.
Sesquiuncia,	℥jß.	ʒxij.
Selibra,	lbß.	℥vj.
Libra,	lbj.	℥xij.
Sesquilibra,	lbjß.	℥xviij.

Manipulus est quantitas manu comprehensa, et significatur per M. j.

Pugillus est quantitas tribus digitis comprehensa, et exprimitur per Pug. j.

Sunt præterea Medicis familiares aliæ abbreviationes notæ scilicet

N°.	id est	numero.
ana.		utriusque vel singulorum.
Par.		partes.
Part. æq.		partes æquales.
Q.s.		quantum sufficit.
S.a.		secundum artem.
		[illegible]

PHAR-

PHARMACOPOEA BRUXELLENSIS.

CLASSIS PRIMA.

De Simplicibus Officinalibus.

Radices.

ACori *ſive* Calami aromatici officinarum.
Alcannæ.
Althææ.
Angelicæ.
Apii.
Ari.
Ariſtol. longæ.
rotundæ.
tenuis.
fabaceæ.
Aſari.
Aſparagi.
Biſtortæ.
Bryoniæ.
Cariophyllatæ.
Chelidoniæ.
Chinæ.
Cichorei.
Conſolidæ majoris.
Contra-yervæ.
Coſti.
Cucumeris aſinini.
Curcumæ.
Cyclaminis.
Cynogloſſi.
Cyperi longi.
rotundi.
Dictamni albi.
Doronici Romani.
Eryngii.
Ebuli.
Eſulæ utriuſque.
Filicis.

Fœniculi.
Galangæ.
Gentianæ.
Glycirrhyzæ.
Graminis.
Helenii.
Hellebori albi.
nigri.
Hermodactylorum.
Ialappæ.
Imper. *ſive* Oſtrutii.
Iridis Florentinæ.
Mandragoræ.
Mechoacannæ.
Meu.
Nymphææ.
Ononidis.
Oſmundæ regalis *ſive* Filicis paluſtris.
Pæoniæ maris.
Pentaphylli.
Petaſitidis.
Petroſelini.
Peucedani.
Phu *ſive* Valerianæ.
Polypodii quercini.
Pyrethri.
Rhabarbari.
Rhapontici.
Rubiæ tinctorum.
Ruſci.
Spica nardi Celtica.
Indica.
Saxifragiæ.
Scyllæ.
Scorzoneræ.
Scrophulariæ.
Tormentillæ.
Turbith.
Tuſſilaginis.
Vincetoxici.
Zarſæ parillæ.
Zedoariæ.
Zinziberis.

Fungi.

AGaricus.
Auriculæ Judæ.
Orbicularis. *Belgicè* Boviſt.

Cortices.

ARantiorum.
Capparum
Caſſiæ ligneæ.
China Chinæ.
Cinnamomi.
Citriorum.
Fraxini.
Glandium calices.
Granatorum.
Guajaci.
Macis.
Tamariſci.
Winterani.

Ligna

Ligna.

ALoës.
Aſpalathum.
Guajacum.
Nephriticum.
Rhodium.
Santalum album.
citrinum.
rubrum.
Saſſaphras.
Viſci quercini.

Folia, & *Herbæ.*

ABrotani maris.
Abſynt vulgaris.
Romani.
Adianthi albi,
Nigri.
Agrimoniæ.
Alchimillæ.
Althææ.
Anethi ſummitates.
Arthemiſiæ.
Betonicæ.
Botryos.
Calaminthæ.
Capilli Veneris,
Cardui benedicti.
Centaurei minoris ſummitates.
Ceterach.
Chamædrios.
Chamæpiteos.
Cuſcutæ cum floribus.
Dictamni cretici.
Epithymi.
Eryſimi.
Eupatorii cannab.
Euphraſiæ cum floribus.
Farfaræ *ſive* Tuſſilaginis.
Fumariæ.
Hyperici ſummit.
Hyſſopi.
Lavendulæ.
Lauri.
Lupuli.
Majoranæ.
Malvæ.
Marrubii *ſive* Praſſy.
Matricariæ.
Meliſſæ.
Menthaſtri.
Menthæ criſpæ.
aquaticæ.
Mercurialis.
Nepethæ.
Ocymi ſ. Baſilici.

Origani cretici.
vulgaris.
Parietariæ.
Perſicariæ.
Phyllitidis.
Piloſellæ.
Pimpinellæ.
Polii montani.
Polygoni.
Polytrichi *ſeu* Trichomanis.
Pulegii.
Pulmonariæ.
Pyrolæ.
Quercus.
Roriſmarini.
Rutæ.
Rutæ murariæ.
Sabinæ.
Salviæ.
Saniculæ.
Satureiæ.
Scabioſæ.
Scolopendrii.
Scordii.
Senæ.
Serpilli.
Thymi cum flor.
Tuſſilaginis ſ. farfaræ.
Verbaſci.
Verbenæ.
Veronicæ.
Violariæ.
Virgæ aureæ.

Flores.

Balauſtia.
Betonicæ.
Bugloſſæ.
Borraginis.
Calendulæ.
Chamomeli vulg.
Romani.
Cariophylli *ſeu* Tunicæ.
Crocus.
Geniſtæ.
Lavendulæ.
Lilliorum convallium.
Malvæ arboreæ, hortenſis.
Meliloti.
Nymphææ albæ.
Pæoniæ.
Papaveris erratici.
Roriſmarini.
Roſarum rubrar.
Salviæ.
Sambuci.
Schænantum.
Stœchados.
Tiliæ.
Verbaſci.

Vio-

Violarum.

Semina.

Acetosæ.
Agni casti.
Althææ.
Ammios.
Amomi.
Anethi.
Anisi.
Apii.
Aquilegiæ.
Asparagi.
Atriplicis.
Bardanæ.
Berberis.
Bombacis.
Cannabis.
Cardamomi minoris.
Carduibenedicti.
Carui.
Caulium.
Ciceres rubri.
Citri.
Citrulli.
Cnici *seu* Carthami.
Coriandri.
Cubebæ.
Cucumeris.
Cucurbitæ.
Cumini.
Cydoniorum.
Dactylorum ossa.
Dauci cretici.
Vulgaris.
Endiviæ.
Erucæ.
Fœniculi.
Fœnugræci.
Fumariæ.
Genistæ.
Grana paradisi.
Hordeum integrum.
mundatum.
perlatum.
Hyperici.
Hyoscyami albi.
Lactucæ.
Levistici.
Lini.
Lupini.
Malvæ.
Melonum.
Milii solis.
Napi *sive* Buniadis.
Nasturtii.
Nigellæ.
Nuclei cerasorum.
persicorum.
Ocymi.
Orobi.
Pæoniæ.
Papaveris albi.
nigri.
Petrosel. Vulgaris.
Macedon.

Plantaginis.
Portulacæ.
Psyllii.
Raphani.
Rusci.
Rutæ.
Santonici.
Saxifragiæ.
Scariolæ.
Seselios massiliensis.
Sileris montani.
Sinapi.
Sophiæ.
Staphidis agriæ.
Sumach.
Thlaspios.
Urticæ.

Fructus.

Alkekengi *seu* Halicacabi.
Amigdalæ amaræ.
dulces.
Baccæ juniperi.
lauri.
myrthi.
sambuci.
Berberis.
Capita papaveris.
Carpobalsamum.
Caryophylli.
Cassia fistularis.
Colocynthis.
Dactili.
Ficus.
Gallæ.
Glandes.
Jujubæ.
Kermes grana *sive* Coccus Baphica.
Myrobal. belliricæ.
Chebulæ.
Citrinæ.
Emblicæ.
Indæ.
Myrtilli.
Nuces cupressi.
Moschatæ.
Pistachiæ.
Vomicæ.
Passulæ majores.
minores.
Piper album.
longum.
nigrum.
Pruna.
Sebesten.
Siliquæ dulces.
Tamarindi.

Farinæ.

AMylum.
Fabarum.
Fœnugræci.
Hordei.
Lupinorum.

Radi-

Radicum altheæ.
Consolidæ majoris.
Seminum lini.
Volatilis.

Succi liquidi.

Agrestæ *seu* omphacium.
Berberorum.
Cydoneorum.
Granatorum acid.
Limonum.

Succi condensati; Gummi, & Resinæ.

Acacia vera.
Aloe Hepatica.
Succotrina.
Ammoniacum.
Assa fœtida.
Balsamum peruvianum.
Bdellium.
Benzoinum.
Bitumen Judaicum.
Caphura.
Colophonia.
Elaterium.
Eupatorii mesue succus.
Euphorbium.
Galbanum.
Ghittajemou *seu* gutta gamandra.
Glycyrrizæ succus.
Gummi arabicum.
Caranna.
Cerasorum.
Elemmi.
Juniperinũ.
Tacamahaca.
Hypocistidis succus.
Lacca.
Ladanum.
Liquid-ambar.
Manna.
Mastiche.
Myrrha.
Opium.
Opoponax.
Pix.
Resina Abietina.
Laricea.
Pini.
Therebinthina.
Saccharum album.
rubrum.
candum.
Sagapenum.
Sanguis draconis.
Sarcocolla.
Scammonium.

Styrax calamita.
liquida.
Succinum album.
Citrinum.
Tartarum vini albi.
Thus.
Tragacantha.

Animalia, eorum partes & excrementa.

ADeps anseris.
canis.
cervi.
felis.
hominis.
Aselli.
Axungia porci.
Bezoar occidentalis
orientalis.
Cancrorum fluviatilium oculi.
Cantharides.
Castoreum.
Cera alba.
flava.
Cornu cervi.
Cranium humanum
Ebur.
Hirci sanguis præpar.
Ichthyocolla.
Mandibulæ lucii piscis.
Mel.
Moschus.
Mumia.
Os è corde cervi.
Sanguisugæ.
Scincus.
Sepiæ os.
Sevum hircinum.
Sperma ceti.
Spodium ex ebore.
Ungula Alcis.
Unicornu.
Zibettum.

Mineralia Metalla, & Lapides.

ALabastrum.
Ærugo.
Æs ustum.
Alumen rupeum.
plumeum.
ustum.
Antimonium.
Argentũ foliaceum.
vivum.
Arsenicum.
Auri pigmentum.
Aurum foliaceum.
Bolus armenus.
albus.
vulgaris.

Borax

Borax.
Calx viva.
Ceruſſa.
Chalcitis.
Chalybs.
Chryſocolla.
Cinnabaris.
Cryſtallus.
Granatus.
Hyacinthus.
Lapis armenius.
calaminaris.
hæmatites.
judaicus.
lazuli.
Lithargyrus argenti.
auri.
Magnes.
Minium.
Oſteocolla.
Plumbum uſtum.
Pompholyx.
Rubinus.
Sal armoniacus.
Gemmæ.
Petræ *ſive* Nitrum.
Sapphyrus.
Sardus.
Smaragdus.
Sulphur.
Terra lemnia.
Tuthia officinarum.
Vitriolum album.
Cypreum.
Viride.
Vitrum antimonii.

Marina.

AMbra griſea.
Corall. alb.
rubr.
Corallina.
Margaritæ.
Pumex.
Spongia.

De quibuſdam nuncupationibus plura uno titulo comprehendentibus.

Quinque Radices Aperientes.

Apii.
Aſparagi.
Fœniculi.

Pro-

Petroſelini.
Ruſci.

Quatuor Herbæ Emollientes.

Althæa.
Beta, *vel* Parietaria.
Malva.
Violaria.

Quinque Herbæ Capillares.

Capillus Veneris.
Phillyris, *ſeu* Lingua cervina.
Polytrichum, *ſeu* Trichomanes.
Ruta muraria.
Scolopendrium, *ſeu* Ceterach.

Tres Flores Cordiales.

Borraginis.
Bugloſſæ.
Violarum.

Quatuor Semina Calida Majora.

Aniſi.
Cardamomi.
Cumini.
Fœniculi.

Quatuor Semina Calida Minora.

Ammios.
Apii.
Carui.
Dauci.

Qua-

Quatuor Semina Frigida Majora.

Cucumeris.
Cucurbitæ.
Citrulli.
Melonum.

Quatuor Semina Frigida Minora.

Cichorei.
Endiviæ.
Lactucæ.
Portulacæ.

Quinque Lapidum Pretiosorum Fragmenta.

Granati.
Hyacinthi.
Sapphiri.
Sardi, *seu* Carneoli.
Smaragdi.

De quorundam simplicium Collectione.

RAdices evellendæ sunt, quandò nec nimis molles, nec nimis duræ, nec lignosæ.

Herbæ colligendæ sunt, quando folia magnitudine, colore, & odore vigent; idque cœlo sereno, & tempore meridiano.

Flores decerpendi sunt in vigore suæ maturitatis; non dehiscentes, aut decidui.

Flo-

Flores rosarum ante apertionem avellantur, quando conserva ex iis conficienda.

Fructus priusquam decerpantur, justam maturitatem habeant; nisi datâ operâ immaturi desiderentur, ut Mespila, Sorbi &c. Deinde exsiccandi sunt in aëre vel sole; & si opus sit, in clibano post panis exemtionem. Quod si unâ vice exsiccati non sint, postridie denuo immittantur.

Semina colligantur, quando sunt matura, & fructus, quibus includuntur, justam maturitatem cœperunt Et in loco sicco, non calido, ad usum serventur.

Cortices sunt avellendi, quando arbores in pleno vigore sunt. Crassiores manu avellantur, si leviter adhæreant: sin tenacius ferro abscindantur. Tenues verò & membranosi, ut Sambuci, Fraxini, &c. cultello abradantur.



CLAS-

CLASSIS SECUNDA.

De Aquis Simplicibus, Compositis, Spiritibus, Tincturis, Acetis, & Decoctis.

Aquæ Simplices ſtillatitiæ.

ARthemiſiæ.
Borraginis.
Cardui benedicti.
Chicorei.
Fœniculi.
Florum Liliorum convallium.
Roſarum.
Sambuci.
Tiliæ.
Meliſſæ.
Menthæ.
Plantaginis.
Primulæ Veris.
Salviæ.
Scordii. &c.

Omnes hæ affusâ ſ.q. aquæ communis poſt debitam digeſtionem cum ſ. q. tartari factam. Per Veſicam deſtillantur.

Aquæ Ceraſorum nigrorum.
Cochleariæ.
Spermatis ranarum.

Per ſe ſ.a. in B.M. ex alembico vitreo deſtillari debent.

Aqua

Aqua Mellis.

℞. *Mellis q. s.*

Ut decima pars cucurbitæ repleatur cum vitreo Alembico & in B. bulliente destilletur aqua : cum autem guttæ incipiunt acescere vase arenæ imposito, igne aucto liquor secundus & tertius extrahatur.

DE AQUIS COMPOSITIS.

Aqua Anti-Scorbutica.

℞. *Rad. Raphani sylv.*
Herb. Cochleariæ.
Nasturtii aq. an. lib. I.
Beccab.
Trifolii aq. an. lib. ß.

Contusis affunde
Vini albi lib. VIII.
Spirit. Vini lib. II.

Et sine prævià fermentatione destill. f. a. ad lib. VII.

Aqua Catharralis.

℞. *Florum Salviæ.*
Rorismar.
Lavendulæ recent. sed modice siccat.
Garyophill.
Nucis mosch.
Cinnam. acuti an. Unc. II.
Gran. Paradisi.
Macis.
Rad. Zedoariæ.
Sem. Coriandri.

Piperis

Piperis longi.
nigri an. Unc. I.
Fol. Ruthæ.
Absinthy recent. sed modice sicc. an. dr. II.
Pomum aurantium incisum. unum
contusis contundendis infunde per plures dies in
Vini Rhenani lib. VIII.
Vini Hispan. lib. IV.
& per refrigeratorium destillentur.

Aqua Cinnamomi.

℞. *Cinnamomi electi & contusi lib. ß.*
Vini albi generosi lib. IV.
Tartari crudi Unc. II.
Macerentur per dies aliquot in loco tepido postea additâ.
Aquæ Melissæ lib. I.
destill. s. a. in arenâ.

Aqua Embryonum.

℞. *Nucis mosch. Unc. III. ß.*
Macis Unc. I. ß.
Garyophill.
Cinnam. acuti.
Zinziberis.
Cubebarum.
Gran. Paradisi.
Zedoariæ an. Unc. II.
Galangæ drach. VI.
Croci orient. Unc. ß.
Flor. Tunicæ.
Tiliæ an. recent. lib. I.

Herb.

Herb. Salviæ cum flor.
Carui.
Fœniculi.
Verbenæ.
Flor. Lavendulæ an. recent. Unc. III.
Rad. Pæoniæ maris.
Sem. ejusdem.
Visci quercini veri an. Unc. II.
Incisa & contusa crassiuscule infunde in
Vini Canarini lib. XII.
Aquæ Lilior. convall. sine additione aquæ.
Simpl. in B. M. destillatæ.
Spirit. Fragrorum an. lib. I. ß.
Aquæ Salviæ.
Fœniculi sine addit. aq. simpl. destill. an. lib. I.
Stent in infusione loco tepido per mensem. Postea destill. in B. M. ad medias.

Aqua Epileptica.

℞. *Florum Lilior. convall. m. X.*
Tiliæ m. IV.
Vini Hispan. lib. VIII.
Fiat infusio per dies aliquot mox destill. in balneo quo usque flores in fundo cucurbitæ fere aridi relinquantur deinde
℞. *Cinnam. acuti drach. VI.*
Nucis mosch. Unc. ß.
Piperis longi.
Cubeb. an. drach II.
Flor. Lavendulæ Unc. I. ß.
Rorismar.
Stæchad. an. drach. VI.
Visci quercini veri.

Rad.

Rad. Pæoniæ.

Dictamni nost. an. Unc. ß.

Omnia crassiuscule contrita rursus in superiori Vino per dies octo macerentur postmodum destill. s. a. ad medias.

Aqua Hysterica.

℞. *Rad. Bryoniæ Siccat.*

Baccar. Sambuci matur. lento furni calore exsicc. & à stipit. mundat. an. Unc. II.

Fol. Arthem.

Dictam. Cret.

Matricariæ.

Nepetæ.

Ocymi.

Pulegij.

Ruthæ.

Sabinæ an. Unc. ß.

Cortic. aurant. exter. siccat. Unc. I. ß.

Myrrhæ.

Castorei an. drach. III.

Croci drach. I.

Pulverisata macerent. per octiduum in *Spirit. Vini dephlegmati lib. IV.*

Deinde colentur per setaceum densissimum.

Aqua Prophylactica.

℞. *Rad. Angelicæ.*

Zedoar. an. Unc. I.

Petasitid. Unc. II.

Fol. Rutæ Hortens. Unc. IV.

Melissæ.

Scabiosæ.

Flor. Calendulæ an. Unc. II.
Nucum Jugland. immatur. concis. lib. II.
Pomor. Citrior. concis. recent. lib. I.
Contusis affunde
Aceti Vini destillati lib. XII.
Digerantur per noctem mane destill. igne cinerum lento penè ad siccitatem idque sine ustione.

Aqua Theriacalis Simplex.

℞. *Theriacæ recent. Unc. IV.*
Spirit. Vini dephlegmati Unc. XX.
Digerantur simul per tres dies in B.M. dein clarum à spisso per decantationem separa.

Aqua Vitæ compos.

℞. *Cinnamomi acuti drach. VI.*
Nucis mosc. Unc. ß.
Garyophill.
Rad. Zedoariæ
Zinziberis
Cubebar.
Cardamom. minor
Ligni Santal. rubri
Spicæ nardi
Stæchad. Arab. an drach. I.
Rad. Galang. drach. ß.
Fol. Rorismar.
Majoranæ siccat. an. scrup. II.
Cortic. Aurant. siccat. drach. II. ß.
Flor. Rosar. rubr.
Lavendulæ
Anthos an. drach. III.
Contusis contund. affunde

Spirit.

Spirit. Vini dephlegmati lib. IV.

Digere leni calore per dies aliquot & postea liquor decantetur.

Aqua Vitæ Aulica.

℞. *Rad. Enulæ Camp. Unc. III.*
Galangæ
Anisorum an. Unc. I. ß.
Croci drach. III.
Calaminthæ m. II. ß.
Pulegij
Dictamni Cretici
Majoranæ
Arthemisiæ
Agrimoniæ an. m. I. ß.
Garyophillorum drach. III.

Incidenda incidantur & terenda terantur deinde affunde

Spiritus Vini optimi lib. VI.

Destill. per allembicum Vitreum destillatis adde

Aquæ Melissæ Unc. IX.
Cinnamomi Unc. VII.
Sacchari albi lib. ß.

In vase optime clauso servetur ad usum.

Spiritus Carminativus.

℞. *Rad. Angelicæ drach. I.*
Imperat.
Galangæ an. drach. I. ß.
Fol. Rorismar.
Majoranæ
Ruthæ Hortensis
Basiliconis

Summit. Centaurii minoris an. m. ß.
Baccar. Lauri drach. III.
Semin. Angelicæ
Levistici
Anisi an. Unc. ß.
Zinziberis
Nucis moſch.
Maceris an. drach. I. ß.
Cinnam. acuti drach VI.
Garyophill.
Corticum Aurant. ſiccat. an. drach. I.
Spirit. Vini Unc. XXXX.

Digerantur ſimul & poſtea ſ. a. deſtillentur.

Aqua ſeu Elixir antifebrile.

℞. *Garyophill. Unc. IV.*
Mithridatii Unc. III.
Spiritûs Vini lib. VI.

Digerantur ſimul calide per dies aliquot poſtea liquor filtretur cui adde
Camphoræ Unc. II. ß.
Olei Juniperi drach. VI.
Sal. Volatil. C. C. Unc. ß.

Et circulando in calore leni fiat exacta mixtio & diſſolutio.

Spiritus Aromaticus Oleoſus *Seu* Sal Volatile Oleoſum.

℞. *Foliorum Majoranæ*
Menthæ
Salviæ ſiccat. an. drach. VI.
Florum Lavendulæ drach. III.
Cortic. exterior Citri
Aurant. an. Unc. II.

Cinnamomi acuti Unc. I. ß.
Nucis moschatæ
Maceris an. drach. VI.
Garyophillor. Unc. ß.
Sem. Cardamomi min.
Carui an. drach. II.
Salis Tartari
Armoniaci an. Unc. IV.
Spiritus Vini lib. IV.

F. infusio per dies aliquot & destillentur ex arenâ s. a.

Spiritus Vini Camphoratus.

℞. *Spiritus Vini dephlegmati lib. I.*
Camphoræ Unc. I.

Misce simul.

Spiritus Vini Rectificatus.

℞. *Spiritus Vini q. v.*

Destilletur per Alemb. in B. M. quod toties repetatur donec pulverem tormentarium accendere possit.

Spiritus Ardentes.

Cochleariæ
Menthæ
Melissæ
Baccar. Sambuci
Juniperi
Cerasor. nigror.
Fragorum &c.

℞. *Fol. aut Fructuum supradict. q. v.*

Ferment. & destill. s. a. quæ postea debite rectific.

DE TINCTURIS.

Tinctura Croci.

℞. *Croci Unc. I.*
Spiritus Vini rectif. lib. ß.
Extrahatur s. a. Tinctura.

Tinctura Cinnamomi.

℞. *Cinnamomi optimi Unc. II.*
Spiritus Vini rectif. Unc. VIII.
Extrah. s. a. Tinctura.

Tinctura Castorei.

℞. *Castorei pulveris Unc. I.*
Spiritus Vini rectific. Unc. VIII.
Salis Tartari drach. I.
Digerantur per sex dies & demum filtrando clarum à spisso separa.

Tinctura Gummi Laccæ.

℞. *Gummi Laccæ Unc. ß.*
Aluminis usti drach. I.
Spiritus Cochleariæ ultimo extillantis Unc. VIII.
Phialæ arcte inclusa digerantur in arenâ donec tinctura satis rubicunda appareat quæ leniter effundatur.

Tinctura Opii.
Seu
Laudanum liquidum Tartarisatum.

℞. *Opii Thebaici Unc. I.*
Croci drach. II.
Cinnamomi

Ga-

Garyophill.
Macis
Nucis moſchatæ an drach. ß.
Salis Tartari drach. I.
Spiritus Vini rectificati lib. I.

Digerantur per dies aliquot poſtea liquor filtretur & ad dimidium exhaletur.

Tinctura Salis Tartari.

℞. *Salis Tartaris Unc. VI.*

Calcinetur violento igne donec ceruleus evadat quod fit ſpatio trium vel quatuor horarum. Ferè refrigeratum crucibulum frangatur. Maſſa exempta teratur. Huic pulveri adhuc calenti ſuperfunde alcohol Vini ad ſupereminentiam duorum vel trium digitorum digerantur ſimul donec colore rubro tinctus appareat ſpiritus quem effunde & ſepara.

Tinctura Succini.

℞. *Succini flavi & in pollinem redacti Unc. IV*
Spirit. Vini rectific. lib. I.

Digerantur ſimul per dies aliquot ad Succini ſolutionem deinde decant. filtret. & tertiam partem. in B. M. abſtrahatur.

Elixir proprietatis.

℞. *Myrrhæ electæ.*
Aloes lucidæ
Croci an. Unc. I.

Affunde liquorem nitri fixi ad madefactionem digerantur ſimul per dies aliquot in B. M. poſtea adde

Alcohol Vini Unc. X.

Tincturam per dies duodecim digerendo & circulando extrahe quam postea decanta.

Præparatur etiam alio modo hoc Elixir humectando species supradictas spiritu Vini alcoholisato & addendo spiritûs sulphuris per campanam q. s. procedendo ut supra.

DE ACETIS.

Acetum Calendulæ
Rosarum rubrarum
Sambuci &c.

Fiunt eodem modo

℞. *Florum Siccat. lib. ß.*
Aceti Vini acerrimi lib. IV.

Insolentur æstivis caloribus in vase vitreo optime clauso dein abjectis floribus Acetum reponatur.

Acetum Stillatitium.

℞. *Aceti vini acerrimi q. v.*

Destilletur ex Cucurbitâ vitreâ in B. M. vel cineribus lenissimo calore, primò ascendit phlegma, ferè ad quartam partem liquoris, quod extillavisse cognosces acido odore & sapore. Tum muta recipiens, & collige Acetum destillatum, continua destillationem, donec spiritus omnes ascenderint.

Acetum Scylliticum.

℞. *Tunicarum Scyllæ leviter exsiccatæ Unc. IV*
Aceti Vini lib. IV.

Misce

Misce in vase vitreo benè clauso & insolentur æstivis caloribus.

Acetum Theriacale.

℞. *Rad. Petasitidis Unc. III.*
Scorzoneræ,
Angelicæ,
Zedoariæ,
Succisæ an. Unc. II.
Herb. Petroselini Macedonici,
Scordii,
Galegæ,
Ruthæ hortensis ana Unc. I. ß.
Baccarum Juniperi,
Herbæ Paridis ana Unc. I.
Cortic. Citri exteriorum Unc. III.
Flor. Calendulæ siccatorum Unc. ß.
Croci Orientalis drach. II.
Mirrhæ electæ,
Cinnamomi optimi ana Unc. II.
Macis Unc. I. ß.
Theriacæ Andromachi Unc. II.
Incisa & contusa immittantur vasi vitreo; quibus super affunde
Aceti vini acerrimi lib. X.
Et vase rectè obturato, serventur ad usum.

Acetis subjungi possunt, *Oxycratum*, seu *Posca*, & *Oxyrhodinum*.

Oxycratum constat parte unâ aceti, & sex aquæ.

Oxyrhodinum paratur ex parte unâ Aceti rosati, & tribus partibus Olei rosati.

DE

DE DECOCTIS.

Decoctum Hordei.

℞. *Hordei mundati Unc. II.*
Aquæ communis lib. XII.
Coque ad tertiæ partis consumptionem.

Cremor Hordei.

℞. *Hordei perlati Unc. II.*
Aquæ communis q. s.

Decoque igne lento, donec fervescant, tum abjectâ priori aquâ, nova addatur, coquendo per quatuor vel quinque horas: deinde trajiciatur per setaceum, trajecto adde sacchari albi, & aquæ Rosarum ana quantùm satis.

Hordeatum Amygdalinum.

℞. *Decocti Hordei Unc. X.*
Amygdalarum dulcium per aquam ferventem mundatarum Unc. ß.

Pistentur in mortario marmoreo, & addita sacchari albi & aquæ Rosarum quantitate sufficiente, f. Hordeatum Amygdalinum.

Simili modo fiunt emulsiones ex seminibus frigidis majoribus, s. a. mundatis.

Ptisana Communis.

℞. *Hordei integri Unc. I. ß.*
Aquæ communis lib. VIII.
Coque ad medias sub finem adde
Liquiritiæ rasæ drach. IV.

Ani-

Aniſorum drach. I.

Fiet Paſſulata ſi inter coquendum addatur paſſularum mundatarum Unc. I. *ß.*

Decoctum Cordiale, Medecinæ.

℞. *Hordei mundati pug. I.*
Pruna Damaſcena Num. IV.
Uvarum paſſarum exacinatarum Unc. ß.
Glycyrrhizæ raſæ drach. I. ß.
Flor. Borraginis,
Bugloſſi,
Violarum ana pug. I.
Aniſorum drach. I.
Aquæ fontis lib. III.

Decoque ſ. a. ad tertiæ partis conſumptionem, colatura ſervetur ad uſum.

Decoctum ſolutivum.

℞. *Superioris colaturæ lib. I.*
Fol. Sennæ mundatorum drach. VI.
Aniſorum contuſorum drach. II.

Effervescant leviter, & ſine colatura ſerventur ad uſum.

Decoctum Pectorale.

℞. *Hordei mundati Unc. ß.*
Uvarum paſſarum enucleatarum drac, VI.
Sebeſten,
Jujubas ana Num. X.
Dactylos Num. VI.
Caricas pingues Num. IV.
Rutæ murariæ,
Scabioſæ,
Tuſſilaginis ana m. ß.

Hyſſopi

Hyssopi pug. I.
Glycyrrhizæ rasæ drach. II.

Coquantur in lib. VIII. aquæ fontis, ad medias.

Decoctum Clysteris Emolliens.

℞. *Fol. Malvæ,*
Althææ,
Violariæ,
Betæ,
Mercurialis an. m. I.

Coquantur s. a. in sufficienti quantitate aquæ communis ad libras duas, colatura servetur ad usum, herbæ sint semper recentes, si fieri possit.

Decoctum Carminativum.

℞. *Herb. Origani,*
Pulegii,
Summitatum Thymi an. m. ß.
Seminum Anisi,
Carui,
Cumini,
Fœniculi an. drach. III.
Flor. Chamomæli,
Summitatum Anethi an. m. ß.
Uvarum passarum exacinatarum Unc. I.

Bulliant leviter in aquæ lib. III. colatura servetur usui.

Decoctum Nephriticum.

℞. *Rad. Eryngii,*
Ononidis an. Unc. ß.

Hordei

Hordei mundati Unc. II.
Cicerum rubrorum Unc. III.
Caricas pingues Num. IX.
Sebeſten Num. VII.
Glycyrrhizæ raſæ drach. VI.
Semin. Malvæ,
Althææ an. drach. III.
Quatuor frigidorum majorum an. drac. II.

Coquantur in aquæ fontis libris decem, ad libras ſex.

Decoctum Vulnerale.

℞. *Rad. Conſolidæ majoris ſiccat.*
Alkannæ. i. Anchuſæ,
Tuſſilaginis,
Rubiæ tinctorum an. drach. III.
Fol. Meliſſæ,
Millefolii,
Saniculæ,
Pyrolæ,
Betonicæ,
Agrimoniæ,
Bugulæ,
Alchimillæ,
Veronicæ an. m. ß.
Oculorum Cancri contuſorum Unc. II.
Spermatis cæti drach. I.

Bulliant in ſufficienti quantitate aquæ ad libras ſex, addendo ſub finem vini Rhenani libras duas.

CLAS-

CLASSIS TERTIA.

De Syrupis, Mellitis & Looch.

Syrupus hederæ terreſtris.

℞. *Succi hederæ terreſtris depurati lib. VI.*
Sacchari albiſſimi lib. IV.
Clarific. album. Ovor. & f. ſ. a. Syrupus.
Eodem modo fiunt Syrupi.

Ex Succis { *Borraginis*, *Chicorei*, *Endiviæ*, *Rubi Idæi*, *Scabioſæ*, *Tuſſilaginis &c.*

Similiter ex Succis non acidis.

Syrupus ex ſucco Limonum.

℞. *Succi Limonum recent. Expreſſ. & per ſubſidentiam depurati lib. I.*
Sacch. Albiſſ. clarific. & ad conſiſtent. cocti lib. II.
Miſceantur ſ. a. in vaſe fictili & f. Syrupus.
Simili ferè modo conficiuntur Syrupi.

Ex Succis { *Agreſtæ*, *Aurantiorum*, *Berberis*. *Granator. acidor.* *dulcium*, *Ribeſiorum &c.*

Et

Et ex reliquis ſuccis Acidis clarific. alios plus, alias minus, alios non coquendo pro naturâ acredinis quod artifici relinquimus.

Syrupus de Abſynthio.

℞. *Abſynthii vulg. lib. ß.*
Roſar. rubr. Unc. II.
Spicæ Indicæ drach. III.
Vini veteris optimi.
Succi Cydoniorum an. lib. III. ß.

Inciſis incidend. immitantur cucurbitæ quibus affund. vinum & ſuccus cydon. fiat per horas 24. in arenâ maccratio tum igne aucto ac appoſito capitello f. deſtill. liquoris ſpirituoſi ad Unc. X. circiter, qui aſſervetur. Refrigeratâ Cucurbitâ ſpecies in fundo relictæ exprimantur. Expreſſum album. ovi clarific. cum

Sacchari albi lib. II.

Coq. ad Syrupi conſiſt. craſſior. cui demùm ſola diſſolutione admiſce liquorem ſpirituoſiorem reſervatum & f. ſ. a. Syrupus.

Syrupus de Althæâ.

℞. *Rad. Althææ recentium Unc. II.*
Cicerum rubrorum Unc. I.
Rad. Graminis,
Aſparagi,
Liquiritiæ,
Paſſularum exacinatarum an. Unc. ß.
Cymarum Althææ,
Malvæ,
Helxines, ſive Parietariæ,
Pimpinellæ minoris,

Plan-

Plantaginis majoris,
Polytrici,
Rutæ murariæ an. manip. I.
Quatuor seminum frigidorum major.
frigid. minor. an. drach. III.

Coquantur s. a. in aquæ communis lib. IX. ad remanentiam lib. VI. colaturæ clarificatæ adde

Sacchari albissimi lib. IV.

Fiat ex arte Syrupus.

Syrupus de Arthemisiâ.

℞. *Rad. Fœniculi,*
Helenii,
Iridis,
Levistici,
Pæoniæ,
Rubiæ tinct. an. Unc. ß.
Herb. Arthemisiæ m. II.
Betonicæ,
Calaminthæ,
Chamædrios,
Chamepiteos,
Hyssopi,
Hyperici,
Majoranæ,
Matricariæ,
Melissæ,
Nepetæ,
Origani,
Prassii,
Pulegii,
Sabinæ an. m. I.
Sem. Anisi,

Dauci

Dauci,
Fœniculi,
Nigellæ,
Ocymi,
Petroſelini,
Rutæ an. drach. III.
Cinnamomi Unc. I.
Spicæ Indicæ drach. III

Contund. & incid. groſſo modo dein macer. per duos dies in *ſ. q. Hydromelitis vinoſi dilutioris* poſtea per B. M. ſeparetur aqua ſpirituoſa quâ ſeorſim exceptâ reliquiæ ulterius coquantur ſ. a. colatura cum

Sacchari lib. V.

percoquantur in Syrupum craſſum ut poſtea permiſceri queat aquæ ſpirituoſæ aſſervatæ.

Syrupus Capillorum Veneris.

℞. *Capillorum Veneris, vel ejus defectu Rutæ murariæ m. III.*
Polytrici aurei, vel ejus loco Trichomanes,
Saxifragiæ,
Betonicæ,
Pimpinellæ,
Aſplenii an. m. II.

Coquantur ex aquæ fontis lib. VIII. donec ad quinque redeant, in expreſſo clarificato diſſolve.

Sacchari albiſſimi lib. III. ſs.
Mellis optimi depurati lib. ſs.

Fiat ſ. a. Syrupus.

Notandum hîc, ut etiam ubicumque requiritur Ruta muraria, vel Polytricum,

C herbam

herbam ſemper recentem intelligi, aliàs ea non præſtat, quæ intendit Medicus.

Syrupus de Chicoreo compoſitus.

℞. *Hordei integri,*
Rad. Apii,
Fœniculi,
Aſparagi an. Unc. II.
Herb. Cichorii m. III.
Endiviæ domeſticæ,
ſilveſtris,
Taraxaci an. m. II.
Cicerbitæ,
Fumariæ,
Polytrici,
Aſplenii,
Salviæ vitæ,
Summitatum Lupulorum an. m. I.
Fructuum recentium Alkekengi,
Radicum Glycyrrhizæ an. drach. VI.
Aquæ fontis lib. XII.
Coquantur ordine debito ad lib. VIII. in colatura clarificata diſſolve
Sacchari albiſſimi lib. VI.
Percoquantur ſ. a. in Syrupum.

Syrupus de Cortice citri.

℞. *Cortic. exterior citri recent. Unc. X.*
Gran. Kermes drach. II.
Aq. fontis lib. VI.
Infunde per noctem & poſtea per B. M. ſeparetur aqua ſpirituoſa ad Unc. X. quâ ſeorſim exceptâ reliquiæ ulterius coquantur ad lib. III. colatura cum

Sac-

Sacchari albissimi lib. II. clarificata.

Coque in Syrupum crassum cui postea admisceatur aqua spirituosa.

Syrupus de Erysimo.

℞. *Fol. Erysimi recent. m. VI.*
Rad. Helenii,
Tussilag.
Liquirit.
Passular. exacin.
Hordei integri an. Unc. II.
Herb. Borrag.
Chicorei,
Capill. Ven. an. m. I. ß.
Flor. Trium Cordial.
Anthos,
Stœchados an. m. ß.
Sem. Anisi drach VI.

Incisa & contusa coque s. a. ex aquæ lib. VIII. ad medias colat. Express. adde
Succi Erysimi clarific. Unc. VIII.
Sacch. albi lib. III.
Mellis despumati lib. I.
F. s. a. Syrupus.

Syrupus de Hysopo.

℞. *Aquæ fontanæ lib. VIII.*
Hordei mundati Unc. ß.

Coquantur circiter per mediam horam, deinde injiciantur
Rad. Apii,
Petroselini,
Fœniculi,
Glycyrrhizæ incisarum an. drach. X.

Jujubarum,
Sebesten an. Paria XV.
Passularum mundatarum Unc. I. ß.
Caric. ping.
Dactyl. ping. an. N. X.
Semin. Malvæ,
Cydoniorum,
Gummi Tragacanthi linteo raro inclusorum an. drach. III.
Hysopi mediocriter siccæ drach. X.
Capillorum Veneris drach. VI.

Elixentur simul, sic tamen, ut quadrantis horæ intervallo radices fructus, fructus semina, semina herbas præcedant: tandem quinque libris aquæ desideratis aut absumptis, adde reliquis tribus colatis priùs & clarificatis

Sacchari albissimi lib. II. ß.

Et percoque in Syrupum, ut artis est.

Syrupus de Menthâ.

℞. *Succi Cydonior.*
Vini albi an. lib. I. ß.
Menthæ siccæ lib. ß.
Rosar. rubr. Unc. I. ß.
Nucis moschatæ drach. III.
Cinnamomi Unc. ß.
Mastich. drach. II.

Infund & diger. ex arenâ in cucurb. terreâ vel vitrea deinde destill. per alemb. Vitreum aqua spirituosa ad Unc. X. quæ seorsim asservetur deinde post alteram ebullitionem colatura Exprim. quæ decantatâ cum

Sacch.

Sacch. lib. III.

Coq. in Syrup. craſſiorem cui demùm admiſce aquam ſpirituoſ. aſſervatam & ſola diſſolutione f. Syrupus.

Syrupus Myrtinus.

℞. *Baccarum Myrti Unc. II. ß.*
Roſarum rubrarum,
Santali albi,
rubri,
Sumach,
Balauſtiorum,
Berberorum an. drach. XV.
Meſpilorum immaturorum lib. ß.

Coquantur in aquæ fontis lib. VIII. ad dimidias, colentur, & cum
Sacchari albiſſimi lib. III.

Et in fine
Succorum Granatorum,
Cydoniorum depuratorum an. lib. ß.

F. ſ. a. Syrupus.

Syrupus Papaveris albi.

℞. *Capitum Papaveris albi recentium & maturorum lib. I.*

Infunde per diem & noctem in aquæ pluvialis lib. IV. Coquantur, donec macreſcant & fortiter exprimantur, expreſſo adde
Sacchari albiſſimi,
Penidiorum an. lib. I.

Coque lento igne in Syrupum, cavendo unicè ne mucillagineum evadat decoctum, quale *Capita Papaveris* etiam præbêre ſolent, ſi diu coquantur.

Syrupus Papaveris Erratici.

℞. *Florum Papaveris Erratici lib. ß.*

Infunde per noctem in aquæ fontis calentis lib. II. infusio tertio reiteretur, tum adde

Sacch. albissimi cum dicta infus. clarif. lib. I. ß.

Coquantur in Syrupum s. a. Eodem modo fit Syrupus florum *Chamomillæ*, tum etiam ex partibus albissimis florum *Nymphææ*, repetitis ut dictum est, trinis infusionibus.

Syrupus de Pæonia.

℞. *Rad. Pæoniæ maris Unc. II.*
Nucleorum seminis ejusdem,
Visci quercini veri an. Unc. I.
Herb. Betonicæ,
Primulæ veris,
Verbenæ an. m. I.
Flor. Rorismarini,
Stœchados,
Lavendulæ,
Liliorum convallium,
Tiliæ recentium an. pug. I.

Decoquantur s. a. in aquæ fontis lib VI. ad dimidias colaturæ fortiter expressæ adde
Sacchari albissimi lib. II.
Fiat ex arte Syrupus.

Syrupus de quinque Radicibus.

℞. *Rad. Apii,*
Fœniculi,
Petroselini,

Rusci,

Rusci,
Asparagi an. Unc. II.
Aquæ fontis lib. VI.

Elixando evaporet pars tertia, ex reliquo cum

Sacchari albissimi lib. III.
Aceti vini albi Unc. VIII.

Sub finem affusis, conficiatur Syrupus f. a.

Syrupus de Rosis siccis.

℞. *Rosarum rubrarum siccatarum lib. I.*

Infundantur in aquæ calentis puræ lib. X. horis 24. infusionem hanc (reassumptis semper novis Rosis) triplicando: tandem in expressione dilue

Sacchari albissimi lib. IV.

Coque ex arte in Syrupum.

Syrupus de Scordio.

℞. *Rad. Scorzoneræ recentium Unc. II. ß.*
Fol. Scordii recentium m. IV.
Ulmariæ recentium m. II. ß.
Sonchi levis,
Endiviæ,
Borraginis,
Acetosæ,
Scorzoneræ,
Flor. Nymphææ recentium an. m. I.
Cordialium an. pug. I.

Coquantur f. a. in aquæ Hordei integri lib. VI. ad mediæ partis consumptionem, colaturæ clarificatæ adde

Sacchari albissimi lib. II.

Coquantur in Syrupum f. a.

Syrupus de Symphito.

℞. *Rad. & Cymarum Symphiti majoris & minoris an. m. VI.*
Fol. Betonicæ,
Plantaginis,
Pimpinellæ,
Polygoni,
Scabiosæ,
Tussilaginis,
Rosarum rubrarum recent. an. m. IV.

Contusis omnibus recentibus adde aq. comm. lib. IV. colat. fortiter expressa clarific. cum

Sacchari albissimi lib. IV.

Coquatur in Syrupum.

Syrupus de Stœchade.

℞. *Flor. Stœchados Arabicæ Unc. IV.*
Herb. Betonicæ,
Thymi,
Calaminthæ,
Origani an. Unc. I.ß.
Salviæ,
Flor. Rorismar.
Pæoniæ,
Ruthæ,
Cinnamom,
Zinziberis,
Calami Aromat, an. drach. III.

Macerentur simul in s. q. Hydromel. per 24. horas dein destillationi ut supra committ. ut aqua Spirituosa extrahatur quâ seorsim excepta reliquiæ ulteriùs coquantur & cum

Sacchari & Mellis optimi an. lib. II.

F. Syrupus crassus ut postea permisceri queat aquæ Spirituosæ.

Syrupus Violaceus.

℞. *Flor. Violarum à pediculis herbaceis mundatorum lib. I.*

Aquæ fontis ferventis lib. II.

Arctè claude in olla nova vitreata per integrum diem, deinde exprime prælo, in expressi lib. II. dissolve ad Balnei calorem.

Sacchari albissimi lib. IV. & Unc. III.

Spuma emergens auferatur, fiatque sine coctione Syrupus s. a.

Nota, si cum Melle quis Syrupum ex præscripto Medici parare cupiat, is eligat album odoratissimum, quale Hispanum est, aut quod Virgineum vocant: rejiciat verò vulgare illud flatuosum.

Syrupus de Chicoreo cum Rheo.

℞. *Rhabarb. incisi Unc. I.*

Cinnamomi,

Schœnanti an. drach. ß.

Infunde calide in aquæ Chicorei destill. Unc. IX. colat. expressa asservetur tum residuo affund.

Decocti Syrupi de Chicor. compos. lib. I. ß.

Coq. unâ aut alterâ ebullit. colat. Expressa cum

Sacch. lib. I. clarific.

Percoq. in Syrup. crassior. cui admisce superiorem Tincturam asservatam & solâ dissolut. f. s. a. Syrupus.

Syrupus Florum Persicorum.

℞. *Florum Persicorum recentium lib. I.*

Macerentur per 24. horas in aquæ calentis lib. III. expresso postmodùm & colato liquori parem florum recentium quantitatem infunde, idque quinies iteretur: postremæ colaturæ accipe lib. III.

Sacchari albissimi lib. II. ß.

F. s. a. Syrupus.

Syrupus de Polipodio.

℞. *Rad. Polipodii quercini recentis lib. I.*

Incidatur infundaturque horis 24 in lib. IV. aquæ fontis: deinde bulliant ad consumptionem quartæ partis, ac in fine adde

Rad. Acori veri Unc. I.
Sem. Fœniculi drach. III.

Iterùm leniter bulliant, ac decocto hujus colato adde.

Infusionis Rosarum solutivæ lib. I. ß.
Succorum depuratorum Borraginis,
Fumariæ,
Lupuli an. Unc. VI.

In his succis & liquoribus coque

Myrobalanorum Citrinorum,
Chebulorum,
Indorum an. Unc. I. ß.
Passularum minorum Unc. III.

Bulliant simul ad consumptionem tertiæ partis, in fine addendo

Fol. Sennæ Orientalis mundatorum Unc. VI
Sem. Fœniculi dulcis Unc. I.

Infun-

Infunde per noctem, postmodùm exprimantur, & colentur, ac colatura cum
Sacchari lib. III.
Coquatur in Syrupum, usui reponendum.

Syrupus de Rhamno Cathartico.

℞. *Baccarum, fruticis spinæ Cervinæ in principio Octobris collectarum quantitatem sufficientem.*

Contundantur in pilâ lapideâ, deindè exprimendo colentur: succus expressus coquatur lento igne ad quartæ partis consumptionem, tum iterum coletur.

℞. *Hujus Colati lib. II.*
Sacchari albissimi Unc. XVI.

Coquantur simul in Syrupi consistentiam cui tandem admisce elæosaccharum

Sacch. pulveris Unc. ß.
Ol. Stillat. Anisi,
Caryophill.
Nucis Moschatæ,
Cinnamomi an. gutt. VI.

Misce f. Syrupus.

Syrupus Regis solutivus.

℞. *Fol. Sennæ mundatorum Unc. II.*
Aquæ Fœniculi lib. II.

Infunde per 24. horas, tum adde
Infusionis Violarum ex quinque infusionibus,
Infus. Rosar. ex novem infus. an. Unc. VIII.
Sacchari albissimi lib. II.

Misce, f. s. a. Syrupus.

Syru-

Syrupus Rosarum solutivus.

℞. *Rosarum pallidarum recentium, ut decet mundatarum lib. III.*
Aquæ fontis lib. XII.

Infundantur per diem naturalem, deindè rursum calefactæ exprimantur, iterùm in eadem aqua par florum quantitas infundatur & exprimatur, & hoc novies, ut antè dictum est, reïteretur tum

℞. *Colaturæ præscriptæ partes sex.*
Sacchari albissimi partes quatuor.

Clarificentur, & coquantur in Syrupum.

DE MELLITIS.

Mellis despumatio.

℞. *Mellis optimi lib. IV.*
Aquæ fontis lib. II,

Coque s. a. semper despumando ad aquæ consumptionem.

Hydromel simplex.

℞. *Mellis optimi lib. I.*
Aquæ fontis lib. VIII

Decoquantur simul benè despumando, dum ovum recens impositum supernatare queat.

Oxymel simplex.

℞. *Mellis optimi lib. IV.*
Aquæ fontis lib. I.

Coquantur simul in vase fictili, semper despumando ad aquæ consumptionem, tum adde

Aceti acerrimi lib. II.

Coque s. a. donec Syrupi liquidioris consistentiam acquirat.

Oxymel Scylliticum.

℞. *Mellis despumati ad consist. cocti lib. III.*
Aceti Scyllitici lib. II.

Misce sine ullâ coctione ad usum.

Oxymel Marrubiatum.

℞. *Decocti Marrub. albi.*
Mellis despum. an. lib. I.

Coque in Syrup. crassior. adde
Aceti vini optimi lib. ß.

Mel Mercuriale.

℞. *Succi herbæ Mercurialis fœminæ s. a. depurati lib. VI.*
Mellis depurati lib. IV.

Coque s. a. in Syrupi consistentiam.

Mel Rosarum.

℞. *Rosarum rubrarum recentium lib. III.*
Aquæ fontis calentis lib, XII.

Infundantur simul per 24 horas, & exprimantur, eadem infusio tertio iteretur, deindè infusio expressa cum
Mellis depurati lib. X.

Coquatur in Syrupi consistentiam.

Diamorum.

℞. *Succi Mororum Batinorum. i. Rubi humilis immaturorum lib. I. ß.*
Succi Mororum Celsi domesticorum ex arbore pendentium non maturorum Unc. IX

Coque

Coque lento igne in vaſe terreo vitreato ad tertiæ partis conſumptionem, & poſt depurationem adde

Mellis optimi depurati lib. I. ß.
Sapæ Unc. III.

Coque leniter ad Syrupi conſiſtentiam.

LOOCH SEU LINCTUS.

Looch ſanum & expertum.

℞, *Paſſularum exacinatarum,*
Caricarum pinguium,
Dactylorum an. Unc. II.
Ziziſa,
Sebeſten an. Num. XXX.
Radicum Ireos Florentinæ,
Glycyrrhizæ,
Fol. Hyſopi,
Calaminthæ,
Polytrici,
Sem. Aniſi,
Fœniculi,
Lini,
Cinnamomi an. Unc. ß.

Decoquantur omnia ſ. a. in aquæ lib. V. ad remanentiam librarum duarum: expreſſioni adde

Penidiorum lib. II.

Et rursùs coquantur ad Mellis conſiſtentiam, tumque adjice minutim contuſas

Pinearum purgatarum drach. V.
Amigdalarum dulcium mund. drach. III.

Qui-

Quibus ritè commixtis inſperge pulveres ſequentium

Rad. Glycyrrhizæ raſæ,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Amyli an. drach. III.
Rad. Ireos Florentinæ drach. II.

Agitentur omnia ſimul, donec albeſcant, & linctus formam nanciſcantur.

CLAS-

CLASSIS QUARTA.

De Rob, Conditis, Conservis, & Tragematis.

Parantur hæc eodem modo.

Rob. Berberorum,
Cerasorum nigror.
rubror.
Ribesiorum &c.

℞. *SUcci cujusvis recenter expressi lib. II.*
Sacchari albissimi depurati lib. I.

Coquantur lento igne in vase fictili donec Gelatinæ consistentiam acquirant.

Rob Cydoniorum.

℞. *Succi Cydoniorum depurati lib. XII.*

Coque in vase fictili lento igne ad remanentiam lib. IV. tum adde

Sacchari albissimi depurati lib. IV.

Et repetitâ cocturâ, f. Rob s.a.

Rob Sambuci.

℞. *Succi Baccar. Sambuci maturarum q.v.*

Inspissetur sensim in vase fictili igne lento, addendo pro quaque librâ succi

Sacchari Unc. III.

Eodem modo paratur *Rob Ebulinum, Juniperi*, & *Veronicæ*, nisi quod in hoc postremo sacchari & succi tantundem expetatur.

CON-

CONDITA.

Radicum, Caulium, Corticum, Florum, Fructuum, Pulparum.

℞. *Radicum Eryngii q. v.*

Mundentur exteriùs, coquantur in sufficienti quantitate aquæ ad mollitiem Radicum, in decocto dissolve

Sacchari albissimi pondus æquale.

Et coque ad consistentiam Syrupi crassioris, auferendo spumam, & postquàm refrixerit adde Radices, & post aliquot dies decantetur Syrupus, & recoquatur ad debitam Syrupi consistentiam, & Radicibus adde dum adhuc calet; & si superflua sit humiditas etiam tertio Syrupus recoquendus est.

His non multùm dissimiliter condiuntur.

Radices { *Acori vulgaris*, *Angelicæ*, *Borraginis*, *Buglossi*, *Cichorii*, *Enulæ Campanæ*, *Pimpinellæ*, *Satyrii*, *Sisari*, *Symphyti majoris*, *Scorsoneræ*, &c.

℞. *Corticum Aurantiorum recentium q. v.*

Tenuiter aufer interiorem partem albicantem, & in aqua fontana macera, & coque donec leniter mollescant; tum proce-

datur ut de *Radicibus Eryngii* dictum est.

Pari modo parantur:

Cortices { *Citriorum*, *Limonum*, &c.

CONSERVÆ ET SACCHARATA.

Herbarum Absinthii utriusque,
Acetosellæ,
Florum Aurantiorum,
Calendulæ,
Borraginis,
Violarum,
Salviæ,
Rosarum rubrarum,
damascenarum,
Rorismarini &c.

Ex his omnibus fiunt Conservæ cum Sacchari albissimi triplâ proportione notandum tamen quod humidioribus singulis libris Sacchari libræ duæ sufficiant.

TRAGEMATA.

Tabellæ Aromatici Rosati.

℞. *Specierum Aromatici Rosati drach. II.*
Sacch. albissimi aqua Rosar. soluti Unc. IV.
Misce f. s. a. Tabellæ.

Tabellæ Diacodii.

℞. *Seminum Papaveris albi Unc. I.*
Extrahatur s. a. emulsio cum
Aquarum Rosarum. &
Scabiosæ an. Unc. I. ß. cui adde
Sacchari albi conglobati Unc. IV.

Coque

Coque ſ. a. continuò movendo ad conſiſtentiam Tabellarum.

Saccharum Perlatum.

℞. *Sacchari albiſſimi lib. I.*
Aquæ Roſarum q. ſ.
Coquantur in conſiſt. Tabell. ſub finem coctionis immiſcendo
Margarit. præp. & trit. Unc. ß.
F. ſ. a. Tabellæ.

CLASSIS QUINTA.

De Electuariis Solutivis.

Benedictum Laxativum.

℞. *Turpethi drach. X.*
Radicum Esulæ minoris præparat.
Hermodactylorum,
Diagridii,
Rosarum rubrarum an. drach. V.
Zinziberis,
Galangæ,
Garyophyllorum,
Cardamomi,
Amomi, vel ejus defectu *Acori*,
Piperis longi,
Macis,
Spicæ Nardi,
Croci Orientalis,
Sem. Apii,
Carui,
Fœniculi,
Saxifragiæ,
Milii Solis,
Asparagorum,
Rusci,
Salis Gemmei pulverisatorum an. drach. I.
Mellis despumati lib. I. ß.

Fiat *Electuarium* lege artis. Possunt etiam species per se in officinis commodè reservari.

Caryo-

Caryocostinum.

℞. *Garyophyllorum*,
Costi odorati,
Zinziberis,
Cinnamomi an. drach. II.
Hermodactylorum,
Diagridii an. Unc. ß.

Misce, fiat omnium pulvis, & cum triplo mellis ex vino albo despumati & cocti f. s. a. Electuarium.

Cholagogum.

℞. *Pulp. prunor. acido dulc. Unc. X.*
Cremor. Tartari,
Scamm. optimi an. Unc. II.
Rhabarb. Electi drach. X.
Cinnamomi acuti Unc. ß.
Santali citrini drach. II.
Sacchari clarificati Unc. XVI.

Misce f. s. a. Electuarium.

Dia-Catholicon.

℞. *Rad. Polypodii quercini recent. Unc. IV.*
Sem. Fœniculi Unc. I.
Aquæ fontis lib. IV.

Bulliant ad dimidias: colato adde
Sacchari albi Farinacei lib. II.

Coquantur in Syrupum, quo dissolve
Pulparum Cassiæ,
Thamarindorum an. Unc. II.

Dissolutis adde sequentia pulverisata,
Fol. Sennæ mundatorum Unc. II.
Rhabarbari electi,

Mechoacannæ an. Unc. I.
Florum Violarum ſiccarum,
Seminum Aniſi an. Unc. ß.
Glycyrrhizæ,
Seminum quatuor frigidorum majorum enucleatorum an. drach. II.
Miſce f. ſ. a. Electuarium.

Dia-Phœnicum.

℞. *Pulpæ Palmularum in hydromelite macerat. coctæ, & per ſetaceum tranſmiſſæ.*
Penidiorum recentium an. lib. ß.
Amigdalarum dulcium expurg. Unc. III. ß.
Contuſis & permixtis omnibus, adde
Mellis deſpumati lib. II.
Coquantur paulùm, deinde inſperge ſequentes pulveres.
℞. *Zinziberis,*
Piperis longi,
Maceris,
Cinnamomi,
Fol. Ruthæ ſiccorum,
Sem. Dauci,
Fœniculi an. drach. II.
Turpethi Unc. IV.
Diagridii Unc. I. ß.
Miſce, f. ſ. a. Electuarium.

Hydragogum.

℞. *Baccar. Juniper. in aqua coct. Expreſſ. & ad pulpæ conſiſtent. redact.*
Pulpæ tamarindorum an. Unc. IV.
Rad. Jalappæ Unc. ß.

Scam-

Scammonii Electi Unc. I.
Cinnam. acuti,
Sem. Fœniculi dulcis an. drach. II.
Sacchari clarificati Unc. X.
Misce f. s. a. Electuarium.

Electuarium de Succo Rosarum.

℞. *Succi Rosarum pallidarum depurati.*
Sacchari albi conglobati an. lib. I. ß.
Coctis s. a. insperge sequentes pulveres:
Scammonii præparati Unc. I. ß.
Santalorum omnium.
Cinnamomi an. drach. II.
Camphoræ scrup. I.
Misce f. s. a. Electuarium.

Hyera Pyera.

℞. *Cinnamomi,*
Maceris,
Azari,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Mastices pulverisatorum an. drach. VI.
Aloës non lotæ pulverisatæ Unc. XII. ß.
Mellis optimi depurati lib. IV. Unc. III.
Species melli despumato non sunt injiciendæ, nisi id ipsum ab igne fuerit remotum, ac ferè refrigeratum; alioquin Aloë rursùs conglobatur, & picis instar indurata coit. Species etiam seorsim serventur in officinis.

Confectio Hamech.

℞. *Fol. Sennæ mundat.*
Rad. Polypodii quercini,
Rhabarb. Electi,
Agarici albi &
Pulpæ colocynthidis in nodulo ligator,
Florum Violarum,
Herb. Epithymi an. Unc. II.
Absinthii vulgaris,
Thymi an. Unc. I.
Sem. Anisi,
Fœniculi,
Rosar. rubrar. an. Unc. ß

Infunde & coque in s. q. seri lactis colaturæ expressæ adde

Succi fumariæ depurati,
Sacchari an. lib. I. ß.

Decoctis ad mellis consistentiam & percolatis adde

Pulpæ Cassiæ,
Prunorum,
Tamarindorum.
Mannæ calabrinæ an. Unc. I. ß.

In debitam consistentiam redactis insperge

Folior. Sennæ mundat.
Rhabarb. Electi an. Unc. I.
Scammonii præparati Unc. I. ß.
Semin. Fumariæ,
Anisi,
Spicæ Nardi Indicæ an. drach. II.

F. s. a. Electuarium.

Passu-

Passulæ Corinthiacæ laxativæ.

℞. *Passularum Corinthiacarum mundatarum Unc. IV.*

Bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad mollitiem, & in Unc. VIII. prædicti decocti, & vini albi Unc. II. infunde per 24. horas

Fol. Sennæ mundatorum drach. VI.
Cremoris Tartari pulverisati drach. II.
Seminis Anisi drach. I.

Posteà colentur, & colaturæ adde passulas jam coctas cum *Mannæ & Sacchari albi ana Unc. II.* & post unam alteramve ebullitionem repone.

Eodem modo parantur *Pruna Damascena* officinis usitata.



CLAS-

CLASSIS SEXTA.

Species Aromaticas & Pulveres continens.

Species Aromatici Rosati.

℞. *ROsar. rubrar. exungulatarum dr. XV.*
Glycyrrhizæ rasæ drach. VII.
Ligni Aloës,
Santali Citrini an. drach. III.
Cinnamomi electi drach. V.
Macis,
Caryophyllorum an. drach. II. ß.
Gummi Arabici,
Tragacanthi an. scrup. VIII.
Nucis Moschatæ,
Cardamomi minoris,
Galangæ an. drach. I.
Spicæ Nardi scrup. II.
Misce f. s. a. Pulvis.

Nota, quod omnes Pulveres servandi sint in vase vitreo, vel fictili vitreato ad usum.

Species Dia-margariti frigidi.

℞. *Margaritarum præparatarum drach. III.*
Radicum Contrayervæ,
Cinnamomi optimi,
Trium-santalorum,
Ligni Aloës,

Zedoa-

Zedoariæ,
Baccarum Myrti,
Rasuræ Eboris,
Typhorum cornu Cervorum spagyricè præparatorum,
Sem. Portulacæ,
Endiviæ,
Oxalidis,
Citri an. drach. I.
Coralli utriusque præparati an. drach. ß.
Flor. Buglossæ,
Rosarum rubrarum,
Violarum,
Nymphææ an. drach. I.
Misce f. s. a. Pulvis.

Species Diambræ.

℞. *Cinnamomi optimi,*
Rad. Zedoariæ,
Caryophyllorum,
Macis,
Nucis Moschatæ,
Folij Indici an. drach. III.
Spicæ Indicæ,
Cardamomi majoris,
minoris an. drach. I.
Zinziberis drach. I. ß.
Ligni Aloës,
Santali Citrini,
Piperis longi an. drach. II.
Ambræ griseæ drach. I. ß.
Misce f. s. a. Pulvis.

Spe-

Species Dianthos.

℞. *Florum Rorismarini Unc. I.*
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Violarum,
Glycyrrhizæ rasæ an. drach. VI.
Garyophyllorum,
Spicæ,
Nucis Moschatæ,
Galangæ,
Cinnamomi optimi,
Zinziberis,
Zedoariæ,
Macis,
Ligni Aloës,
Cardamomi minoris,
Seminum Anisi,
Anethi an. scrup. IV.
Misce, & f. s. a. Pulvis.

Species Diarrhodonis.

℞. *Rosarum rubrar. exungulatarum dr. XI.*
Santali albi,
rubri an. drach. II.
Ligni Aloës,
Tragacanthi,
Eboris usti an. scrup. II.
Macis,
Spicæ Nardi,
Rhabarbari optimi,
Cinnamomi,
Garyophyllorum,
Croci,
Radicum Asari,

Fru-

Fructuum Berberorum exsiccatorum,
Sem. Anisi,
Cardamomi,
Fœniculi,
Ocymi,
Papaveris albi,
Quatuor frigidorum minor. mundat.
Scariolæ,
Succi Glycyrrhizæ,
Mastiches an. scrup. I.
Rasuræ cornu Cervi,
Margaritarum præparatarum an. scrup. I.
Camphoræ grana VII.
Misce, & f. s. a. Pulvis.

Species Dia-tragacanthi frigidi.

℞. *Gummi Tragacanthi albi Unc. ß.*
Arabici drach. II. ß.
Amyli drach. I.
Glycyrrhizæ,
Nucleorum sem. Citrulli,
Cucumeris,
Cucurbitæ,
Melonum an. drach. ß.
Sem. Papaveris albi scrup. II. & grana V.
Sacchari candi drach. VI.
Misce, & f. s. a. Pulvis.

Species Lætificantis.

℞. *Melissæ,*
Corticum Citri extimorum exsiccatorum,
Garyophyllorum,
Mastiches,
Croci,

Cinna-

Cinnamomi,
Nucis Moschatæ,
Cardamomi majoris,
Nucleorum seminum Pæoniæ,
Been albi,
rubri,
Zedoariæ,
Doronici veri,
Sem. Ocymi Garyophyllati an. Unc. ß.
Ligni Aloës,
Ossis de corde Cervi,
Margaritarum præparatarum an. drac. ß.
Rasuræ Eboris drach. I.
Misce, f. s.a. Pulvis.

Species Dia-Curcumæ.

℞. *Croci,*
Asari,
Sem. Petroselini Macedonici,
Dauci,
Anisi,
Apii an. Unc. ß.
Rhabarbari,
Rad. Angelicæ,
Valerianæ majoris,
Spicæ Indicæ an. drach. VI.
Scolopendrii seu Ceterach drach. II. ß.
Costi,
Myrrhæ,
Cassiæ Ligneæ,
Schœnanthi,
Cubebarum,
Rubiæ,
Succi Absinthij,

Eupa-

Eupator.
Olei Garyophillorum an. drach. II.
Calami Aromatici,
Cinnamomi an. drach. I. ß.
Scordij veri,
Succi Glycyrrhisæ an. drach. II. ß,
Tragacanthi drach. I.
Misce f. s. a. Pulvis.

Species Dia-Galangæ.

℞. *Rad. Galangæ drach. VI.*
Ligni Aloës,
Sem. Cumini,
Levistici,
Rad. Acori,
Zinziberis,
Piperis albi,
longi,
Garyophillorum,
Cinnamomi,
Macis an. drach. I. ß.
Folior. Calaminthæ,
Menthæ siccat.
Spicæ Nardi Indicæ,
Sem. Apii,
Anisi,
Cardam. min.
Carui,
Fæniculi an. drach. I.
Misce f. s. a. Pulvis.

Pulvis Bezoardicus Magistralis.

℞. *Bezoar. mineral. Unc. II.*
Terræ Sigillatæ,

Coral-

Corallorum præpar. an. Unc. I.
Cinnabar. nativi,
Coccinellæ an. Unc. ß.
Camphoræ drach. II.
Misce f. Pulvis.

Pulvis è Chelis Cancrorum.

℞. *Margarit. Orient. præparat.*
Oculor. Cancr.
Corallor. rubr.
Succini albi,
Bezoard. Occident.
Pulv. Viperar.
Cornu Cervi spagyr. præpar. an. dr. VI.
Contra-yervæ,
Serpentariæ Virgin. an. Unc. ß.
Chelorum Cancrorum ad pondus omnium.
Misce f. Pulvis.

Pulvis Cachecticus.

℞. *Limaturæ Chalybis subtiliss. pulver. Unc. I.*
Rad. Aronis drach. I. ß.
Ocul. Cancr.
Cornu cervi spagyr. præpar.
Succini,
Cinnamomi acuti an. scrup. II.
Misce f. Pulvis.

Pulvis ad Casum.

℞. *Sanguinis Draconis optimi drach. II.*
Sanguinis Hirci optimè præparati,
Oculorum Cancrorum præparatorum,
Boli Armeni optimi an. drach. III.
Myrrhæ rubræ,
Radicum Rubiæ tinctorum an. drach. II.

Nucis

Nucis Moſchatæ drach. I. ß.
Rhabarbari optimi,
Spermatis Ceti recentioris an. drach. I.
Miſce, & fiat Pulvis ſubtiliſſimus.

Pulvis Liberans.

℞. *Boli Armeni debitè præparati Unc. I. ß.*
Terræ Lemniæ Orientalis Unc. I.
Corallorum albor. præparatorum drac. III.
rubrorum præparat. drach. II.
Lapidum pretioſorum, Smaragdi, Rubini, Hyacinthi an. drach. II.
Margaritarum præparatarum drac. II. ß.
Cinnamomi drach. I.
Garyophillorum drach. ß.
Seminis Acetoſæ drach. I.
Corticum Citri,
Santali rubri,
albi an. drach. ß. grana XV.
Spodii drach. II. ß.
Raſuræ Eboris drach. I. ß.
Croci Orientalis drach. ß.
Miſce, & f. omnium Pulvis, cui admiſce
Folia Auri bracteati Num. XX.

Pulvis contra Abortum.

℞. *Raſuræ Eboris,*
Granorum Chermes an. drach. I.
Santali rubri drach. ß.
Garyophillorum ſcrup. I.
Nucis Moſchatæ ſcrup. II.
Radicum Tormentillæ drach. ß.
Margaritarum præparatarum,
Coralli utriuſque præparator. an. ſcrup. I.

Folia auri Num. III.
Sacchari tabulati perlati drach. III.
Miſce, & f. ſ. a. Pulvis.

Pulvis de Gutteta.

℞. *Rad. Pæoniæ maris Lunâ decreſcente collectarum.*
Seminum ejuſdem.
Dictamni albi,
Viſci quercini veri an. Unc. ß.
Seminum Atriplicis drach. II.
Cranii humani crudi pulveriſati drac. III.
Corallorum rubrorum præparatorum,
Hyacintorum præparatorum an. drac. I. ß.
Ungulæ Alcis præparatæ Unc. ß.
Foliorum Auri drach. I.
Miſce, & f. ſ. a. Pulvis.

Pulvis Haly.

℞. *Sem. Papaveris albi drac. I. & grana XV.*
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Spodii ex Ebore,
Amyli,
Glycyrrhizæ an. ſcrup. I. & grana II.
Sem. Portulacæ,
Malvæ,
Althææ mundat. an. dr. ß. & gr. VII.
Sem. quatuor frigidorum maj. excorticat.
Cydoniorum excorticatorum an. ſcr. II. & grana XII.
Sacchari candi albi ad pondus omnium.
Miſce, & f. ſ. a. Pulvis.

Nota, quod hic Pulvis ſemper recens parari debeat.

Pulvis Hæmophthoicus.

℞. *Capitis mortui Vitrioli post spiritûs & olei extractionem relicti & subtilissimè pulverisati lib. I.*

Infunde per horas 24. in aquæ ferventis lib. VI. posteà decanta aquam per inclinationem, & novam aquam semper singulis 24. horis affunde, & vigesies hunc laborem repete, donec Pulvis omni acrimoniâ & austeritate privatus sit, insipidusque evadat.

Aquas infusionum ne abjicias, sed ad usum Medicum serva in vase vitreo.

Pulvis Pleuriticus.

℞. *Rasuræ minutissimæ dentium crudorum Apri Unc. ß.*
Flor. Papaveris Rhæados drach. I. ß.
Priapi Cervi drach. III.
Oculorum Cancrorum præp. an. drac. II.
Radicum Bardanæ,
Sanguinis Hirci præparati an. Unc. ß.
Croci drach. I.

Misce, & fiat Pulvis tenuissimus.

Pulvis Reginæ.

℞. *Rad. Curcumæ Unc. I.*
Sem. Saxifragiæ,
Milij Solis an. drach. II.
Sem. Anisi,
Apii,

Carui,
Cumini.
Fœniculi,
Petroselini,
Rutæ an. drach. II.
Glycyrrhizæ rasæ drach. III.
Granorum Juniperi,
Baccarum Lauri,
Nucis Moschatæ,
Galangæ,
Sanguinis Hircini præparati,
Cinnamomi acuti an. drach. II.
Croci scrup. I.
Misce, & fiat omnium Pulvis, cui pro arbitrio Medici additur saccharum.

Pulvis Stomachicus.

℞. *Rad. Ari præparatarum Unc. II.*
Pimpinellæ Saxifragæ,
Acori vulgaris an. Unc. I.
Oculorum Cancrorum præparatorum,
Cinnamomi acuti an. drach. III.
Salis Absinthii,
Juniperi an. drach. I.
Misce f. Pulvis.

Pulvis contra Vermes.

℞. *Cornu Cervi usti Unc. II.*
Seminum Zedoariæ Unc. I.
Caulium,
Portulacæ,
Corallinæ an. Unc. ß.
Misce, & fiat Pulvis.

CLASSIS SEPTIMA.

Continens Pulveres solutivos.

Pulvis Catholicus.

℞. *Diagridii drach. IX.*
Antimonii per trinam detonationem cum tertiâ parte nitri parati & non edulcorati drach. VI.
Tartari cryſtallini drach. III.
Miſce f. Pulvis.

Pulvis Dia-Carthami.

℞. *Medullæ ſeminis Carthami,*
Hermodactylorum mundatorum,
Specierum Dia-tragan thi frigidi an. Unc. ß.
Turbith optimi drach. VI.
Diagridii drach. III.
Zinziberis,
Cinnamomi an. drach. II.
Miſce, & f. ſ. a. Pulvis.

Nota, quod *Diagridium* ſemper ſit per ſe terendum, poſteà aliis immiſcendum.

Pulvis Dia-turbith cum Rheo.

℞. *Rhabarbari optimi drach. X.*
Turbith albi & gummoſi,
Hermodactylorum mundator. an. Unc. I.
Diagridii Unc. ß.
Zinziberis,

Santali albi,
rubri,
Florum Violarum an. drach. I. ß.
Masticbes,
Semin. Anisi,
Cinnamom.
Croci an. drach. ß.
Misce, & f. s. a. Pulvis.

Pulvis Hermodactylatæ Venetæ.

℞. *Hermodactylorum à cortice superiori mundatorum Unc. I. ß.*
Turbith alb. & gummosi Unc. I.
Glycyrrhizæ rasæ,
Mechoacæ albæ an. drach. VI.
Diagridii drach. III.
Zinziberis drach. II.
Misce, & f. s. a. Pulvis.

Pulvis Sennæ Montagnanæ.

℞. *Fol. Senæ Orientalium mundator. Unç. II.*
Cremoris Tartari Unc. ß.
Semin. Fœniculi dulcis drach. II.
Salis gemmæ,
Macis,
Cinnamomi an. drach. I.
Misce, & fiat Pulvis.

Pulvis pro Suppositoriis.

℞. *Aloës drach. II.*
Cumini,
Rutæ,
Salis gemmæ an. drach. I.
Misce & f. Pulvis qui cum f. q. mellis cocti subigatur & f. Supposit.
Si fortiora desiderentur potest addi
Trochis. albandal drach. I.

CLASSIS OCTAVA.

De Antidotis & Opiatis.

Confectio Alkermes.

℞. *SYrupi granorum Kermes Montepessulo delati lib. II. ß.*

Calefacto adde

Ambræ griseæ minutim incisæ drach. II.

Liquefactâ Ambrâ insperge sequentes pulveres

Ligni Aloës,
Cinnamomi an. drach. VI.
Lapid. Lazuli præpar.
Margarit. Orient. an. drach. II.
Fol. Auri N. XX.

Misce f. Electuarium.

Diascordium Fracastorii.

℞. *Fol. Scordii siccator.*
Rosar. rubrar. an. Unc. I.
Boli Armeni veri Unc. II.
Rad. Bistortæ,
Gentianæ,
Tormentillæ,
Cassiæ ligneæ,
Cinnamomi,
Dictamni cretici,
Sem. Acetosæ,
Styracis calamitæ,

Galbani,
Gummi Arabici an. Unc. ß.
Opii Thebaici præpar.
Zinziberis,
Piperis longi an. drach. II.
Mellis despumati lib. III.
Vini generosi Canarini q s.
F. s. a. Opiatum.

Confectio Hyacinthorum.

℞. *Hyacinthorum,*
Coralli rubri
Boli Armeni
Terræ Lemniæ an. Unc. ß,
Granorum Kermes,
Rad. Tormentillæ,
Dictamni,
Sem. Acetosæ,
Limonum,
Portulacæ,
Flor, Rosarum rubr.
Croci,
Santalor. omnium,
Rasuræ Eboris an. scrup. IV.
Cornu cervi drach. III.
Sapphiri,
Smaragdi,
Topasii,
Margaritarum,
Fol. Auri,
Argenti an. scrup. II.
Syrupi de Cortice citri q. s.
Misce f. s. a. Electuarium.

Mithri-

Mithridatium Damocratis.

℞. *Radicum Zinziberis*,
Spicæ Nardi mundatæ,
Cinnamomi,
Croci Britannici,
Agarici albi & levis,
Myrrhæ electæ,
Thuris masculi,
Sem. Thlaspios an. drach. X.
Seseleos Massiliensis,
Costi odorati,
Fol. Malobatri, ejus loco, *Corticum exteriorum Citri*,
Schœnanthi,
Stœchados Arabicæ,
Piperis longi,
Succi Hypocistidos,
Galbani in guttis,
Opoponacis in guttis,
Styracis Calamitæ in guttis,
Therebintinæ Cypriæ,
Opobalsami, ejus loco, *Olei Nucis Moschatæ* per expressionem facti,
Castorei an. Unc. I.
Cassiæ ligneæ,
Foliorum Polij montani albi,
Scordii veri,
Piperis albi,
Carpobalsami, ejus loco, *Gran. Juniperi*,
Seminis Dauci Cretici,
Bdellij,
Trochiscorum Cypheos an. drach. VII.
Nardi Celticæ purgatæ,
Radicum

Radicum Gentianæ,
Dictamni Cretici,
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Gummi Arabici vermiculati,
Opii Thebaici nitidi præparati,
Sem. Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Petroselini Macedon, an. drach. V.
Rad. Acori,
Asari,
Valerianæ majoris,
Sem. Anisi,
Sagapeni an. drach. III.
Rad. Meu Athamantici,
Sem. Hyperici,
Acaciæ,
Lumborum Scinci an. drach. II. ß.
Mellis despumati optimi & debitè cocti lib. IX. Unc. VIII. & drach. II.

Dissolvantur succi, & Gummi (præter Arabicum & Thus, quæ teri debent) vino Malvatico, & f. s. a. Electuarium.

Philonium Romanum.

℞. *Piperis albi,*
Cassiæ ligneæ,
Cinnamomi an. drach. II.
Euphorbij,
Pyretri an. drach. ß.
Zedoariæ,
Spicæ Nardi an. scrup. II.
Sem. Hyosciami albi Unc. ß.
Opij præparati drach. II. ß.
Croci drach. ß.

Casto-

Castorei,
Myrrhæ an. drach. I. ß.
Sem. Apij,
Fœniculi,
Dauci,
Petroselini an. drach. I.
Mellis optimi despumati lib. I.

Dissolvatur *Opium* cum modico vini, cui admisceantur *Crocus*, & *Euphorbium* subtilissimè pulverisata, & addito melle inspergantur Pulveres, & misceantur, fiatque s a. Electuarium Opiatum.

Requies Nicolai.

℞. *Flor. Rosarum rubrarum exungulatarum.*
Violarum an. drach. III.
Opij præparati,
Sem. Papaveris albi,
Hyosciami albi,
Scariolæ,
Lactucæ,
Portulacæ,
Psyllii,
Corticum Radicum Mandragoræ,
Nucis Moschatæ,
Cinnamomi an. drach. I. ß.
Santali albi,
citrini,
rubri,
Spodij,
Tragaganthæ an. scrup. II. & grana V.
Mellis despumati optimi & cocti triplum.

Misce, & fiat Electuarium Opiatum.

The-

Theriaca Andromachi ſenioris.

℞. *Trochiſcorum Scylliticorum Unc. VI.*
De Viperis,
Magmatis Hedycroi,
Piperis longi,
Opij Thebaici præparati an. Unc. III.
Radicis Ireos Florentinæ,
Agarici albi & levis,
Comarum Scordij veri,
Roſarum rubrarum exungulatarum,
Cinnamomi,
Opobalſami, ejus loco, *Olei Nucis Muchatæ,*
Succi Glycyrrhizæ,
Sem. Napi agreſtis an. Unc. I. ß.
Rad. Coſti odorati,
Quinquefolij,
Rhapontici, vel ſi deſit, *Rhabarbari,*
Spicæ Nardi Indicæ,
Zinziberis,
Caſſiæ ligneæ,
Fol. Dictamni Cretici,
Calaminthæ montanæ,
Praſſii albi,
Schœnanthi,
Stœchados Arabicæ,
Croci Britannici,
Piperis albi,
nigri,
Sem. Petroſelini Macedonici,
Therebenthinæ Cypriæ,
Thuris maſculi,
Myrrhæ an. drach. VI.

Rad.

Rad. Gentianæ,
Meu Athamantici,
Valerianæ majoris,
Nardi Celticæ,
Foliorum Malobatri, ejus loco, *Corticum Limonis ſiccatorum*,
Polij montani albi,
Comarum Chamædrijos,
Chamæpyteos,
Hyperici,
Carpobalſami.ejus loco,*Baccar.Juniperi*
Amomi, ejus loco, *Acori veri*,
Sem. Aniſi,
Ammios,
Cardamomi minoris,
Fœniculi,
Seſeleos Maſſilienſis,
Thlaſpios,
Terræ ſigillatæ Orientalis,
Chalcitidis præp.ad color. cineritium uſque
Succi Acaciæ condenſati,
Hypociſtidis,
Styracis calamitæ in guttis,
Gummi Arabici vermiculati,
Sagapeni an. Unc. ß.
Radicum Ariſtolochiæ tenuis,
Summitatum Centaurij minoris,
Sem. Dauci Cretici,illius loco,*Noſtratis*,
Galbani in guttis,
Opoponacis in guttis,
Bituminis Judaici,
Caſtorei an. drach II.
Mellis optimi deſpumati & ad conſiſtentiam cocti lib. XIV. Unc. V. & dr. II.

Diſſol-

Dissolvantur Succi & Gummi vino Malvatico, fiatque s. a. Electuarium.

Theriaca Dia-tessaron.

℞. *Rad. Gentianæ,*
Aristolochiæ rotundæ,
Baccarum Lauri excorticatarum,
Myrrhæ an. Unc. I.
Mellis despumati lib. I.
Misce, & f. s. a. Electuarium.

Electuarium è succo Ruthæ.

℞. *Rad. Aristolochiæ longæ veræ,*
Rotundæ,
Rubiæ tinctorum,
Baccarum Lauri excorticatarum,
Granorum Juniperi,
Sem. Dauci,
Agni casti,
Rutæ,
Sabinæ an. drach. I.
Croci,
Lapidis Gagatis,
Myrrhæ,
Castorei an. scrup. I.
Nucleorum seminum Pæoniæ scrup. II.
Dictamni Cretici drach. ß.
Fiat omnium pulvis, & cum
Sacchari albi succo Rutæ dissoluti Unc. III.
Fiat lege artis Electuarium.

CLAS-

CLASSIS NONA.

De Pilulis, Extractis, & Essentiis.

Pilulæ Aloëphanginæ.

℞. *Cinnamomi,*
Garyophillorum,
Cardamomi minoris,
Nucis Moschatæ,
Macis,
Calami aromatici,
Carpobalsami, ejus loco, *Baccar. Juniperi*
Schœnanthi,
Ligni Aloës,
Santali citrini,
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Absinthij siccati an. Unc. ß

Ex his crassiusculè tritis educatur per spiritum vini tinctura in vase vitreo probè clauso: in *Colaturæ lib. III.* nutriatur.

Aloës purissimæ lib. I.

Cui dissolutæ adde

Mastiches,
Myrrhæ pulverisatarum an. Unc. ß.
Croci drach. II.
Balsami Peruviani drach. I.

Tandem absumptâ humiditate superfluâ, super cineres calidos, aut in Hypocausto redigantur in Massam Pilularum.

Pilulæ

Pilulæ Cochiæ.

℞. *Specierum Hyeræ ſimplicis Galeni drac. X.*
Trochiſcorum Alhandal dr. III. & ſcrup. I.
Diagridij drach. II. ß.
Turpethi,
Stœchados an. drach. V.
Miſce cum Syrupo de *Stœchade*, fiat Maſſa.

Pilulæ Fœtidæ.

℞. *Gummi Sagapeni in guttis,*
Ammoniaci in guttis,
Opoponacis in guttis,
Bdellij in guttis,
Trochiſcorum Alhandal,
Sem. Rutæ agreſtis, vel
Hortenſis ſiccæ,
Aloës,
Epithymi an. drach. V.
Hermodactylorum,
Eſulæ præparatæ an. drach. II.
Diagridij drach. III.
Cinnamomi,
Spicæ Indicæ,
Croci,
Caſtorei an. drach. I.
Turbith Unc. ß.
Zinziberis drach. I. ß.
Euphorbij ſcrup. II.
Succi Porri depurati quantùm ſufficit, fiat Maſſa.

Obſervandum *Succum Porri* coquendum eſſe cum pauco Melle.

Pilulæ

Pilulæ de Nitro.

℞. *Aloës,*
Trochiscorum Albandal,
Diagridij,
Hellebori nigri flore purpureo,
Bdellij,
Gummi Arabici an. drach. II.
Euphorbij præparati,
Nitri an. drach. I.
Misce cum Melle Rosato, & fiat Massa

Pilulæ Ruffi.

℞. *Aloës electæ Unc. II.*
Myrrhæ Unc. I.
Croci Unc. ß.
Cum Syrupo Limonum fiat Massa.

Pilulæ Spleneticæ.

℞. *Rad. quinque aperient. mundat. an. Unc. I.*
Corticum Radicum Capparum,
Tamarisci an. Unc. ß.
Herb. Fumariæ,
Cardui benedicti,
Chamædryos,
Scolopendriæ,
Eupatorij Cannabini an. m. I.
Ceterach,
Linguæ Cervinæ an. m. ß.
Bulliant s. a. in sufficienti quantitate aquæ Endiviæ ad lib. III. In colatura efferves-cant, & macerentur.
Fol. Senæ mundatorum Unc. IV.
Sem. Anisi,

Fœniculi an. Unc. ß.

In colatura diſſolve

Aloës lotæ Unc. VI.

Reſinæ Scammonij Unc. III.

Evapora ad conſiſtentiam Pilularum.

Pilulæ de Cynogloſsâ.

℞. *Myrrhæ optimæ drach. VI.*

Thuris maſculi drach. V.

Rad. Cynogloſſæ ſiccatarum,

Sem. Hyoſciami,

Opij præparati an. Unc. ß.

Croci,

Caſtorei an. drach. I. ß.

Miſce, & cum *Syrupo de Stæchade* fiat Maſſa. *Opium* tritum cum Syrupo primùm ſubigitur, tum reliqua ſimplicia.

DE EXTRACTIS.

Extractum Catholicon.

℞. *Pulpæ Colocynthidis drach. VI.*

Agarici albi,

Hellebori nigri,

Pulv. Diarrhod. an. Unc. ß.

Impone Matracio cum ſ. q. Spirit. Vini extrahatur Tinctura in B. M. tum percolatæ adde pulverum

Aloës lucidæ Unc. I.

Scammonij præparati Unc. ß.

Evaporent in conſiſtentiam Extracti.

Eodem modo fiunt extracta aliarum pillularum.

Lau-

Laudanum Opiatum.

℞. *Opij Thebaici ſpiritu vini diſſoluti paululum cocti & colati Unc. I.*

Miſceatur cum tincturâ mediante ſpiritu vini extractâ ex

Pulveris Diambræ Unc. ß.

Evaporent in conſiſtentiam pillularum ſub finem addendo

Croci Britannici drach. I.

Caſtorei drach. ß.

Servetur maſſa uſui.

Reſina Scammonii.

℞. *Scammonii pulveriſati q. v.*

Superfunde ſpir. vini rectific. ad ſuper eminentiam quatuor digitorum tranſverſ. digerantur per dies aliquot in loco calido. Colatura fortiter expreſſa per chartam bibulam evaporetur. Dein affuſione aquæ frigidæ præcipitabitur ad fundum reſina quæ abluenda & exſiccanda eſt.

Eodem paratur modo

Reſina Agarici,

Guajaci,

Jalappæ &

Magiſterium guttæ gambæ &c.

Extractorum conficiendorum methodus generalis.

Parari poſſunt *Extracta*, ex omni ferè materia Medica, ſeu è quovis medicamento (ſive ſimplici, cujuſmodi ſunt herbæ, flores, ſemina, &c. ſive compoſito, qualia ſunt ſpecies, maſſæ Pilularum, &c.)

quod tincturam menstruo, cui infunditur, communicare solet. Itaque sumatur cujusvis materiæ Medicæ, concisæ, contusæ, vel aliter, ut pro infusione res postulat, præparatæ quantùm vis, affundatur *Spiritûs vini*, vel *aquæ Stillatitiæ* Medici præscribentis intentioni accommodæ quantùm sufficit, maneant in infusione ad calorem Balnei, vel alium lentum, per biduum, plus minùs, prout densitas vel tenuitas materiæ postulaverit, donec liquor medicamenti tincturâ imprægnetur. Tum liquor tinctus separetur per inclinationem, affuso novo Menstruo, post infusionem, ut priùs, separando: idque toties repetendum, quoties medicamentum de se tincturam liquori impertierit. Liquores tincti conjungantur, per chartam emporeticam agantur: & tandem calore Balnei exhalet humiditas, donec materia in fundo vasis ad mellis consistentiam redigatur, quæ ad usum servanda: cui etiam ad Medici præscriptum nonnihil salis proprii, vel alterius idonei (v. g. scrupuli duo vel semidrachma ad singulas *Extrácti* uncias) ut diutiùs humidum maneat, adjungi potest.

Essentia Absynthii.

℞. *Absynth. q. v.*

Affunde spirit. vini q. s. ut extrahatur tinctura

Hujus tincturæ lib. I.
Extract. absynth. Unc. ß.
Salis absynth. drach. II.

Commixta circulando digerantur donec probe uniantur.

CLASSIS DECIMA.

De Trochiscis.

Agaricus Trochiscatus.

℞. *Agarici albi & levis Unc. I.*

Cum s. q. vini Canarini cui Zinziberis drach. I. sit infusa cogatur s. a. in Trochiscos.

Trochisci albi Rasis, *seu* Sief album.

℞. *Cerussæ aquâ Rosarum lotæ drach. X.*
Sarcocollæ crassioris drach. III.
Amyli drach. II.
Gummi Arabici nitidi,
Tragacanthi an. drach. I.
Camphoræ drach. ß.

Pulverisentur s. a. & cum *albumine ovi aquâ Rosarum conquassati* fiant *Trochisci*. Interdum pro arbitrio *Medici* additur *Opium*.

Trochisci Alhandal.

℞. *Pulpæ Colocynthidis albæ & levis à seminibus purgatæ Unc. X.*

Incidatur *Pulpa* hæc minutissimè, & cum quantitate sufficienti *Olei Amygdalarum dulcium recentis* fricetur & pulverisetur: deindè sume
Gummi Arabici,
Tragacanthi,

Bdellij an. drach. III.

Quæ ruditer contuſa macerentur in q. ſ. aquæ *Roſarum* donec diſſolvantur, & cum parte lachrymarum ſolutarum formentur *Trochiſci*, qui in umbra ſiccentur: ſiccati iterum minutiſſimè conterantur, & cum reliqua *mucilagine* rursùs formentur *Trochiſci*.

Trochiſci hi nihil aliud ſunt, quàm *Colocynthis præparata* qui imponi poſſunt omnibus compoſitionibus *Colocynthidem* recipientibus: ſicut etiam mos hucuſque obtinuit, ut in ſingulis compoſitis Pharmacis *Colocynthidem* deſiderantibus pro cruda *Colocynthide Trochiſcos* hos ſubſtituamus, quorum quoque uſus in catapotiis acuandis creber eſſe ſolebat.

Trochiſci Alkekengi.

℞. *Fructuum Halicacabi drach. I. ß.*
Sem. Citrulli,
Cucurbitæ,
Melonum an. drach. I. ß. & gr. XV.
Boli Armeni,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Sanguinis, id eſt, *Lachrimæ Draconis*,
Amygdalarum amararum mundatarum,
Pinearum mundatarum,
Succi Glycyrrhizæ,
Amyli,
Sem. Papaveris albi,
Apij,
Hyoſciami,

Ca-

Carabes, seu *Succini albi*,
Terræ sigillatæ,
Opij præparati an. drach. I.

Cum *succo Halicacabi*, vel *aqua Rosacea* in qua ejusdem *fructus sicci* fuerint macerati, fiant s. a. *Trochisci.*

Trochisci Bechici nigri.

℞. *Succi Glycyrrhizæ inspissati Unc. II.*
Styracis Calamitæ drach. VI.
Sacchari candi albi drach. X.
Specier. Diatragac. frig. drach. I. ß.
Pulv. Ireos drach. ß.
Lohoch sani drach. II.
Sacchari Penidij Unc. III.
Sacchari albissimi lib. I. & Unc. I. ß.
Mucilaginis Tragacanthi cum aqua Hyssopi factæ quantum sufficit.

Fiant *Trochisci.*

Trochisci de Capparibus.

℞. *Corticum Radicum Capparum*,
Seminum Agni casti an. drach. III.
Gummi Ammoniaci in guttis drach. II.
Sem. Nasturtij,
Nigellæ,
Fol. Calaminthæ montanæ,
Rutæ,
Rad. Acori,
Aristolochiæ rotundæ,
Succi Eupatorii inspissati,
Amygdalarum amarar. excorticatarum an. drach. I.
Fol. Scolopendrij, id est, *Ceterach*,

Rad. Cyperi rotundi,
Rubiæ tinctorum,
Gummi Laccæ an. drach. ß.

Ammoniacum in mortario calido *aceto acerrimo* dissolve ad mellis consistentiam, cui immisce *succum Eupatorij inspissatum* & *pulveres*, formando s. a. *pastam*, & ex ea *Trochiscos.*

Trochisci de Carabé.

℞. *Carabès Unc. ß.*
Cornu Cervi usti,
Gummi Arabici tosti,
Tragacanthi,
Coralli rubri usti,
Succi Acaciæ,
Hypocistidos,
Balaustiorum,
Mastiches,
Laccæ,
Sem. Papaveris nigri assi an. scrup. IV.
Thuris,
Croci,
Opij præparati an. drach. I.
Mucilaginis sem. Psyllij aquâ Plantaginis extractæ q. s.
Formentur *Trochisci.*

Trochisci Cypheos.

℞. *Pulpæ Uvarum passarum pinguium à cortice & acinis probè mundatarum.*
Terebinthinæ Cypriæ coctæ an. Unc. III.
Myrrhæ,
Schœnanthi an. Unc. I. ß.

Ca-

Calami aromatici drach. IX.
Cinnamomi Unc. ß.
Bdellij optimi,
Spicæ Nardi,
Cassiæ ligneæ,
Radicum Cyperi,
Baccarum Juniperi an. drach. III.
Asphalati, seu *Ligni Aloës an. drach. II. ß.*
Croci drach. I.
Mellis Narbonensis despumati q. s.
Vini Canarini modicum.

Myrrha & *Bdellium* terantur in mortario calido cum *Vino Canarino* ad crassitudinem liquidi mellis, addatur mox *Terebinthina*, deindè *Pulpa ex carne Passularum* per setaceum extracta; tum *pulveres*, omnia demùm excipiantur *melle despumato* ad debitam consistentiam cocto; coganturque in *massam* ex qua fiant *Trochisci*.

Trochisci Gordonii.

℞. *Sem. quatuor frigidorum majorum enucleatorum,*
Papaveris albi,
Malvæ,
Bombacis excorticati,
Portulacæ,
Cydoniorum,
Myrtillorum,
Gummi Arabici,
Tragacanthi,
Nucleorum Pineorum mundatorum,
Pistachiorum,
Sacchari Candi,

Peni-

Penidij,
Glycyrrhizæ rasæ,
Mucilaginis seminum Psyllij,
Amygdalarum dulcium excorticatarum an. drach. II.
Boli Armeni,
Sanguinis, id est, *Lachrimæ Draconis*,
Spodij ex ebore,
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Myrrhæ an. Unc. ß.

Cum quantitate sufficienti *Hydromelitis* fiant f. a. *Trochisci.*

Trochisci Hedychroi.

℞. *Ligni Asphalathi*, pro quo *Santali Citrini*,
Foliorum Majoranæ,
Mari, pro quo *Dictamni*,
Rad. Azari an. drach. II.
Phu pontici, id est, *Rad. Valerianæ maj.*
Costi,
Calami aromatici, pro quo *Acori veri*,
Ligni Aloës,
Cinnamomi,
Schœnanthi,
Opobalsami, aut *Olei Nucis moschatæ per expressionem an. drach. III.*
Cassiæ ligneæ,
Folij Malabatri, pro quo *Corticis exterioris Citri siccati*,
Spicæ Nardi Indicæ,
Myrrhæ,
Croci ana drach. VI.
Amomi, pro quo *Acori veri Unc. I. ß.*
Mastiches drach. I.

Vini

Vini Canar. quantum ſufficit.

Myrrha diſſolvatur cum *Vino*, mox *Crocus*, & *Maſtiche* probè trita adjiciantur, deindè *Opobalſamum*, tunc reliqua in *pulverem* redacta admiſceantur, *Vino* ſubindè affuſo, & cogantur in *paſtam* ex qua formentur *Trochiſci* in umbra ſiccandi.

Trochiſci de Myrrha.

℞. *Myrrhæ electæ drach. III.*
Lupinorum drach. V.
Fol. Rutæ,
Mentaſtri,
Pulegij Cervini, id eſt, *Dictamni cretici*,
Rubiæ tinctorum,
Semin. Cumini,
Aſſæ fœtidæ,
Sagapeni,
Opoponacis an. drach. II.

Diſſolvantur *Gummi* in mortario calido, *Aceto Scyllitico*, addendo *ſpecies*, & cum quantitate ſufficienti *ſucci Arthemiſiæ* cogantur in *paſtam*, ex qua formentur *Trochiſci.*

Trochiſci Scyllitici.

℞. *Carnis Scyllæ aſſatæ lib. I.*
Farinæ Orobi albi & non rufi Unc. VIII.

Tere in mortario marmoreo, & fiat *paſta* ex qua formentur *Trochiſci*, qui ponantur in ſuperiore parte ædium meridiem ſpectante in umbra, ſæpiùs obvertendo, donec probè ſiccati fuerint.

Tro-

Trochiſci de terrâ Sigillatâ.

℞. *Terræ ſigillatæ*,
Boli Armeni,
Sanguinis, id eſt, *Lachrymæ Draconis*,
Gummi Arabici toſti,
Roſarum rubrarum exungulatarum,
Amyli toſti,
Acaciæ,
Hypociſtidis,
Lapidis Hæmatitis,
Balauſtiorum,
Coralli rubri,
Carabes ana drach. I.
Spodij ex Ebore,
Margaritarum præparatarum,
Tragacanthi,
Sem. Papaveris nigri an. drach. I. ß.
Sem. Roſarum rubr. ſive *Antheræ drac. I.*
Portulacæ,
Cornu Cervi uſti,
Thuris maſculi,
Conorum Cupreſſi,
Croci an. drach. II.

Cum *ſucco* vel *aqua Plantaginis* fiant *Trochiſci.*

Trochiſci Viperini.

Aliunde petantur.

CLAS-

CLASSIS UNDECIMA.

De Oleis per expressionem.

Oleum Amygdalarum dulcium.

℞. *Amygdalarum dulcium siccarum non tamen rancidarum q. v.*

Contunde in mortario marmoreo minutissimè, & dein ex his tritis & telâ cannabinâ involutis prælo sensim Oleum exprime.

Eodem modo fiunt.

Olea Amygdalarum amararum.
Sem. Lini,
Papaveris albi &c.

Oleum Ovorum.

℞. *Ova recentia numero triginta aut plura.*

Coquito donec penitùs induruerint, ex his *Vitellos* exime, & comminutos in sartagine igne mediocri assa, spatulâ assiduè movendo, donec rufescant, & pinguedinem quandam exudent: dein adhuc ferventes sacculo cannabino aut pilis contexto excipiantur, & prælo committantur, ut *Oleum* effluat usui reponendum.

Olea

Olea Simplicia per Infusionem & Decoctionem.

Oleum Rosatum.

℞. *Olei Olivarum non rancidi lib. X.*
Rosarum rubr. recent. non penitus apertarum, leviter contusarum lib. IV.

Misceantur, insolentur, aut loco calido detineantur per *viginti dies*; dein coquantur lento igne, non tamen ad omnimodam humiditatis consumptionem, posteà fortiter exprimantur: expressum *Oleum* servetur.

Eo quo *Rosatum* modo, fiant & sequentia, eâ animadversione tamen adhibitâ, ut in coquendis *Herbarum calidarum Oleis*, earum *decoctum* addatur. Item quod *Oleum Rosatum*, *Cherinum*, *Violarum*, sola etiam insolatione fieri possint, vel saltèm parùm bullire debeant, non autem referre, si ex *Herbis calidis Olea* diutiùs bullierint.

Oleum de Absynth. vulgari & recenti *Latifolij*,
Chamomelinum, ex floribus recentibus.
Liliorum alb. ex floribus abjecto luteo,
Nymphææ, ex flor. albis abjecto luteo,
Rutæ, ex herba virente,
Violarum, ex Violis recentibus.

Olea Composita per Infusionem & Decoctionem.

Oleum de Capparibus.

℞. *Corticum Radicum Capparum Unc. II.*

Cor-

Corticis mediani Tamarisci,
Fol. Tamarisci,
Sem. Agni casti,
Ceterach,
Rad. Cyperi an. Unc. ß.
Rutæ drach. II.
Aceti vini acerrimi,
Vini albi generosi an. Unc. IV.
Olei maturi lib. II.

Macerentur f. a. per biduum, deindè coquantur lento igne ad consumptionem *vini* & *aceti*, *Oleum* colatum reservetur ad usum.

Oleum de Castoreo.

℞. *Castorei,*
Styracis Calamitæ,
Galbani,
Euphorbii,
Cassiæ ligneæ,
Croci,
Opoponacis,
Carpobalsami, aut *Cubebarum,*
Spicæ Nardi Indicæ,
Costi an. drach. II.
Cyperi,
Schœnanthi,
Piperis longi,
nigri,
Sabinæ,
Pyrethri an. drach. II. ß.
Olei lib. III.
Vini Hispanici lib. II.

Confice sic, *Galbanum* & *Opopanacem* in

in *vino* seorsim dissolve, deindè reliqua omnia contusa cum *oleo* & *vino* coquito in duplici vase ad consumptionem *vini*: Posteà cola, ac dissolutum & expressum *Galbanum* cum *Opoponace oleo* affunde, & iterùm coque sufficienter, ac repone, sæpiùs miscendo imposterum, ut *Galbanum* & *Opoponax* in vasis fundo subsidentia *oleo* commisceantur.

Oleum Catellorum.

℞. *Olei Olivarum lib. IV.*
Catellos nuper editos Num. II.
Vermium terrestrium vino albo submersorum & lotorum lib. I.

Coctis *Catellis* ad ossium compaginis dissolutionem, adjiciantur *Vermes* & rursùm coquantur ad humiditatis excrementitiæ evaporationem, expressioni adde
Terebinthinæ Cypriæ Unc. III.
Spiritûs vini Unc. I.
Et perficiatur s. a. *Oleum.*

Oleum Croci.

℞. *Croci Unc. ß.*
Myrrhæ electæ drach. II.
Aceti vini Unc. IV.
Cardamomi drach. IV. & ß.
Olei Unc. IX.

Crocum & *Myrrham* diebus quinque macera cum *aceto*, die sexto *Cardamomum*, septimo cum *oleo* coquantur igne lento ad *aceti* consumptionem.

Oleum

Oleum de Euphorbio.

℞. *Staphidis Agriæ,*
Saponariæ an. Unc. ß.
Pyrethri drach. VI.
Calaminthæ montanæ siccæ Unc. I. ß.
Costi drach. X.
Castorei drach. V.

Trita, triduoque macerata in *vini odoriferi lib. I.* coquantur ad medias. Deindè frica multum diuque manibus, & cola, & cum *Olei cheyrini lib. I. ß.* coque ad *vini* reliqui consumptionem : in hoc *oleo* solve.

Gummi Euphorbij electi & tenuissimè triti Unc. ß.

Factâ dissolutione calore leni, fiat colatura, *Oleumque* servetur usui.

Oleum Hyperici compositum.

℞. *Summitatum & Florum Hyperici ad maturitatem seminis ferè accedentium lib. I.*
Olei veteris clari lib. II.
Vini odoriferi lib. I.

Macerentur tribus diebus ac noctibus, bulliant deindè in duplici vase, obturato orificio vasis ad *vini* consumptionem, postea exprimantur: *novas Summitates, Flores,* & *Vinum* in eodem *Oleo* macera, coque & cola ut ante, idque tertiò fiat, tum forti expressioni adde

Terebinthinæ claræ lib. I.
Croci pulverisati scrup. IV.

Servetur ad usum.

Oleum Lumbricorum terreſtrium.

℞. *Lumbricorum terreſtrium vino albo ſubmerſorum & lotorum lib. II.*
Olei Olivarum lib. IV.
Bulliant ad conſumptionem humiditatis colentur & exprimantur.

Oleum Maſtichinum.

℞. *Olei Majoranæ lib. I.*
Maſtichis electæ groſſo modo contuſæ Unc. III
Sola diſſolutione *Maſtichis*, lentiſſimo calore, ſine ulla ebullitione paretur præſtans *oleum*, quod colandum & ita ſervandum.

Oleum Myrtillorum.

℞. *Baccar. Myrti ruditer contuſarum lib. ß.*
Olei Omphacini lib. I. ß.
Vini rubri auſteri lib. ß.
Coquantur ad conſumptionem *vini*, colentur & exprimantur.

Oleum Mucaginum.

℞. *Rad. Althææ recentium Unc. XX.*
Scyllæ recentis in mortario marmoreo contuſarum Unc. IV.
Sem. Fœnugræci,
Lini integrorum an. lib. I.
Macerentur in ſ. q. aquæ; deindè leniter coquantur donec remittant craſſam, & viſcoſam mucilaginem:

Cujus

Cujus per setaceum trajectæ lib. II.

Adde

Olei Anethini,

Chamæmelini,

Liliorum alborum an. Unc. XVI.

Coquantur simul ad humiditatis aqueæ consumptionem, subindè agitando ne adurantur.

Oleum Vulpinum.

℞. *Vulpem (qua fieri potest) pinguem, ætatis mediæ, venatuque circa Autumnum captam.*

Hanc occide, exentera, carnibusque post detractam pellem in frusta dissectis, fractisque singulis ossibus, adde

Vini albi, &

Aquæ fontis an. lib. X.

Salis marini Unc. III.

Summitatum Anethi,

Thymi,

Chamæpityos an. m. IV.

Coque diligenter despumando ad medias, mox fiat cum expressione colatura: eandemque recoque cum

Olei veteris optimi lib. IV.

Flor. Salviæ,

Rorismarini an. m. II.

Absumptâ demùm *aqueâ humiditate* colentur denuò; *oleumque* ab omni aquositate immune servetur usui.

Olea per Destillationem.

Oleum Absynthii.

℞. *Absynthij sicci q. v.*

Maceretur *aquâ fontanâ Tartarisatâ* per quatuordecim dies, vel sine macerationе additâ *Salis communis s. q.* destilletur per *Vesicam*, & exibit *aqua* cum *oleo*, separetur *oleum* per infundibulum, vel vitrum separatorium dictum, & servetur ad usum.

Eodem modo extrahitur:

Oleum Herbarum Menthæ,
Rorismarini,
Rutæ,
Sabinæ,
Salviæ &c.
Florum Aurantiorum recentium,
Lavendulæ, &c.
Corticum Aurantiorum recentium,
Citri recentium, &c.

Qui *Cortices* ab alba parte interiori separentur, contundantur, macerentur, postmodùm destillentur ut suprà.

Oleum Seminum Anisi.

℞. *Sem. Anisi contusorum lib. II.*
Aquæ fontanæ lib. XX.
Tartari albi crudi pulverisati Unc. II.

Macerentur per 24 horas, destillentur per Vesicam, seu per Alembicum cum suo refrigeratorio. *Oleo* cum *aqua* extracto per infundibulum separato, *aquam* adhibe ad novam destillationem.

Eodem modo extrahitur:

Oleum ex sem. Anethi,
Carui,
Cumini,
Dauci,
Fœniculi, &c.
Ex Aromat. ut Cinnamomo,
Garyophyllis,
Macere,
Nuce Moschata, &c.
Ex lignis aromaticis, ut Sassafras,
Rhodio, &c.

Oleum ex Baccis Juniperi.

℞. *Baccarum Juniperi recentium lib. L.*

Contundantur & ponantur in vase terreo cum *aquæ frigidæ lib. XXIV.* & *fermenti acrioris lib. I.* Reponantur in cella (vase benè obturato) per tres menses; deindè distillentur per Alembicum, vel Vesicam cum aquæ simplicis convenienti quantitate. Post separationem *olei* per infundibulum, servetur aqua ad novam distillationem.

Eodem modo fit

Oleum ex Baccis Lauri,
Hederæ, &c.

Oleum Ceræ.

℞. *Ceræ flavæ q. v*

Liquefiat *Cera*, & *à carbonibus*, *lateribus*, vel *globulis argillaceis ignitis* imbibatur, qui indentur *Retortæ*, & extrahatur *oleum* in *arena*: quod cum copiosa aqua rectificetur.

Eodem modo destillari poterunt *olea* ex *Pinguedinibus*: nec non ex *Gummi & Resinis*, quæ in *pulveres* redigi non possunt. Ejusmodi sunt

Ammoniacum,
Caranna,
Opoponax,
Sagapenum,
Styrax liquida,
Tacamahaca, &c.

Oleum de Lateribus.

℞. *Lateres* aut *Tegulas rufas antiquissimas*, *ex rufo luto ductas*, easque confringe in frusta mediocria, & in prunis urito, donec excanduerint. Deindè à prunis exempta fragmenta extinguantur *oleo claro veteri*, illicò cooperiendo ne flammam contrahant, ac demittito, donec planè refrixerint, & *oleo* se impleverint, exempta terantur, pulverem hunc in Retortam ac Cucurbitam vitream luto Chymico lutatam indito, & jungatur Recipiens capax juncturis pariter lùto obductis, ac per gradus ignis *oleum* elicito: quod prolectum in Phiala diligenter obturata recondatur.

Oleum Myrrhæ per deliquium.

Aliquot *Ovis* ad duritiem coctis, & per mediam longitudinem incisis, *Vitelli* eximantur: Tum albuminum cavitates *Myrrhâ tritâ* ad medietatem impleantur, & denuò

denuò conjungantur eorundem partes, filoque leviter constringantur & suspendantur in cella: ut sic *Myrrhæ liquatus humor* in fictile vel vitreum vas distillari queat.

Oleum Terebinthinæ.

℞. *Terebinthinæ q. v.*
Destilletur per Vesicam affusâ aquæ copiâ.

CLASSIS DUODECIMA.

De Unguentis.

Unguentum Ægyptiacum.

℞. *Æruginis subtiliter pulverisatæ Unc. V.*
Mellis Unc. XIV.
Aceti vini acerrimi Unc. VII.

Coquantur simul igne lento, donec fiat *Unguentum spissum & colore purpureum.*

Unguentum Album.

℞. *Olei Rosati Unc. IX.*
Cerussæ pulverisatæ Unc. VI.
Ceræ albæ Unc. II. ß.

Post liquefactam in *oleo Ceram*, tempestivè injice *Cerussam*, moveanturque continuò, donec inspissentur, & fiat *Unguentum.*

Camphoratum fiet, si *lib. I. Unguenti* addas *Camphoræ Oleo Rosato tritæ drach. I.*

Unguentum Althææ.

℞. *Olei Mucaginum lib. IV.*
Ceræ flavæ lib. I.
Resinæ puræ lib. ß.
Terebinthinæ Unc. II.
Pulv. rad. Curcumæ q. s. pro colore flavo.

Liquentur simul leni igne sine ullâ coctione, & colatum per linum, Unguentum servetur usui.

Unguentum Apoſtolorum.

℞. *Olei olivarum communis lib. II.*
Lithargyri auri drach. X.

Coque leni igne affusâ aquæ puræ ſ. q. ſpatulâ continuo agitando ad unguenti mollioris conſiſtent. adde

Ceræ flavæ,
Reſinæ an. drach. XIV.

Liquatis & adhuc tepentibus miſce ſequentia aceto acerrimo diſſoluta, colata & ad mellis conſiſt. cocta

Gummi Ammoniaci drach. XIV.
Bdellij drach. VI.
Galbani,
Opoponacis an. Unc. ß.

Miſcendo his

Terebinthinæ drach. XIV.

Tandem injice pulveres ſequent.

Ariſtolochiæ longæ,
Olibani an drach. VI.
Myrrhæ Unc. ß.
Æruginis drach. II.

F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum de Arthanitâ.

℞. *Succi Cyclaminis lib. II.*
Fructuum & herbar. Cucumeris agreſtis,
Butyri Vaccini an. lib. I.
Olei ſimplicis lib. II.
Pulpæ Colocynthidis Unc. IV.
Polypodij Unc. VI.
Euphorbij Unc. ß.

Contundenda terantur & macerentur in

Succis

Succis & Oleis per octiduum in vase vitreato probé obturato; posteà coquantur ferè ad consumptionem humiditatis, fiatque colatura & expressio fortis, in expresso *oleo* liquefac

Ceræ flavæ Unc. V.

Tum,

℞. *Gummi Sagapeni Unc. I.*
Myrrhæ pulverisatæ drach. III.

Solvantur in mortario calido pistillo calido cum q. s. *Aceti*, teranturque diligenter, donec grumi non appareant, ad formam mellis, his adde

Fellis Taurini ad mellis spissitudinem in Balneo cocti drach. VII.

Ac cum prædicto *oleo* in quo *Cera* fusa est probè misceantur, quibus continuò motis, insperge paulatim pulverem subsequentium medicamentorum,

Scammonij,
Aloës,
Colocynthidis,
Mezeræonis,
Turbith an. drach. VII. & ß.
Salis Gemmæ drach. IV. & ß.
Euphorbij,
Piperis longi,
Zinziberis,
Chamæmeli an. drach. III.

Fiatque *Unguentum* s. a.

Unguentum Aureum.

℞. *Olei veteris & clari lib. II.*
Ceræ Citrinæ lib. ß.

Tere-

Terebinthinæ Unc. II.
Resinæ Pineæ,
Colophoniæ an. Unc. I. ß.
Thuris,
Mastiches an. Unc. I.
Croci optimi triti drach. I.

Liquefiant in *Oleo*, *Cera*, *Terebinthina*, *Resina*, *Colophonia*: defervescentibus addantur *pulveres Thuris & Mastiches*, *Crocus* ultimò inspergatur, & rudicula diligenter misceatur, fiatque *Unguentum*.

Unguentum Basilicon.

℞. *Picis Navalis,*
Resinæ Pini,
Sevi Vaccini,
Ceræ Citrinæ an. lib. I.
Olei communis lib. II.

Liquata commisceantur, & f. s. a. *Unguentum.*

Unguentum Enulatum cum Mercurio.

℞. *Pulpæ radicum Enulæ campanæ ex aquâ communi coctæ lib. I.*
Pulpæ radicum Oxylapathi, eodem modo coctæ lib. ß.

Misceantur, & superaffunde
Aceti vini Unc. IV.

Recoquantur ad humiditatis evaporationem; dein sume
Axungiæ Porcinæ veteris,
Olei veteris an. Unc. IV.
Terebinthinæ decocto præscriptarum radicum lotæ Unc. III.

Ceræ

Ceræ flavæ Unc. I.
Salis communis optimè triti,
Aluminis an. Unc. ß.
Pulv. Rad. Hellebori albi,
nigri an. drach. II.
Hydrargyri succo Limon. extincti Unc. II.

Axungiæ, Ceræ, & Oleo liquefactis, adde *Pulpas Enulæ & Oxylapathi, Salemque & alios pulveres immisce*, ultimò *Hydrargyrium* non solùm *succo Limonum*, sed etiam *totâ Terebinthinâ* ad hoc asservatâ, & *Axungiæ* parte in mortario lapideo indefessa agitatione extinctum.

Paretur cum & sine Mercurio.

Unguentum de Glycyrrhiza.

℞. *Glycyrrhizæ recentis ac succulentæ Unc. II.*
Butyri recentis aquâ Rosarum & Solatri aliquoties loti lib. ß.

Pistentur simul in mortario; posteâ frigantur in sartagine, colentur & exprimantur, hocque tertiò iteretur, reassumptâ semper novâ *Glycyrrhizâ*: tunc sume

Cerussæ mundissimæ pulverisatæ Unc. I. ß. quæ cum Aceti distillati Unc. VI. coquatur ad pultis formam, & Butyro jam præparato commixta diu multumque agitetur.

His adde

Pompholygos drach. II.
Albuminis Ovi conquassati, & in liquorem aquæ instar resoluti drach. VI.
Camphoræ oleo Amygdalarum tritæ scr. I.

Fiat s. a. Unguentum.

Unguentum Martiatum.

℞. *Herb. Absinthij,*
Abrotani,
Basilici,
Calaminthæ,
Centaur. min.
Chamædryos,
Costi Hortensis,
Majoranæ,
Menthæ aquat.
Sabinæ,
Salviæ,
Sambuci an. Unc. I. ß.
Fol. Lauri,
Rorismarini,
Ruthæ an. Unc. III.
Sem. Cumini,
Fœnugræci,
Urticæ maj. an. Unc. ß.

Omnia minutim incisa & contusa coquantur cum Axungiæ porcinæ lib. IV.
Expressis & ab humiditate separatis adde
Olei Nucis Moschatæ expressæ &
Tessellatim incisi Unc. I.
Ac ubi ab igne refrixerint
Styracis liquidæ Unc. III.
F. s. a. Unguentum.

Unguentum Neapolitanum.

℞. *Axungiæ Suillæ recentis non salitæ, à membranis probè purgatæ lib. I.*
Succi Salviæ Unc. IV.
Bulliant simul lento igne ad *succi* consump-

ſumptionem, in colatura liquefac
Ceræ flavæ,
Olei Laurini an. Unc. I.
His ab igne ſemotis & frigefactis immiſce exactiſſimè in mortario
Mercurij crudi Unc. IV.
Styracis liquidæ, cum Unc. I. Terebinthinæ ſolutæ, Unc. ß.
Olei Guajaci drach. II.
Fiat ex arte Unguentum.

Unguentum Nervinum.

℞. *Herb. recent. Salviæ,*
Ivæ Arthetica,
Majoranæ,
Roriſmarini,
Menthæ,
Ruthæ,
Paralyſeos cum flore,
Flor. recent. Lavendulæ,
Hyperici,
Chamomillæ,
Meliloti,
Summitatum Anethi recentium an. m. I.
Baccarum Lauri,
Juniperi an. Unc. I.
Radicum Pyrethri drach. II.
Inciſa & contuſa, immergantur in
Oleorum Lumbricorum,
Vulpini,
Anethini,
Hyperici an. Unc. III.
Terebinthinæ Unc. I.

Axun-

Axungiæ Humanæ,
Cati ſylveſtris,
Canis an. Unc. ß.

Macerentur per ſeptimanam unam vel alteram, poſteà in Cucurbita ſemel atque iterum ebulliant, exiguâ, quæ prodiit, humiditate *herbis* & *oleis* reaffuſâ: tum fortiter exprimantur & colentur, in *expreſſo ac colato* diſſolve

Maſtichis optimè pulveriſatæ Unc. ß.
Terebinthinæ Unc. IV.
Ceræ Unc. III.
Benzoini in unciis duabus Spiritûs vini rectificatiſſimi diſſoluti drach. VI.

Et conficiatur Unguentum.

Unguentum Nutritum.

℞. *Lithargyri auri tenuiſſime lævigati lib. ß.*
Olei Olivarum lib. II.
Aceti vini q. ſ. ad nutriendum in mortario.

F. ſ. a. Unguentum.

Unguentum Populeon.

℞. *Oculorum Populi arboris recentium & contuſorum lib. III.*
Axungiæ Porcinæ recentis fuſæ & colatæ lib. VI.

Mixta ſimul macerentur, donec *Herbæ ſequentes* ſub initium æſtatis colligi poſſint. Tunc,

℞. *Fol. Bardanæ,*
Hyoſciami,
Lactucæ,
Mandragoræ,
Papaveris nigri,

Sedi

Sedi majoris,
minoris,
Solani,
Umbilici Veneris, ejus loco *Crassulæ*,
Cymarum Rubi teneriorum an. m. VI

Contusa omnia commisceantur *Axungiæ* & *oculis Populi*: post aliquot dies adde
Succi Solatri, lib. I.

Coquantur ad humiditatis consumptionem; colentur & exprimantur.

Post annum invalidum redditur hoc Unguentum, aut contrariarum virium; eò quod facile rancescat.

Unguentum Rosatum.

℞. *Axungiæ Porcinæ recentis purgatæ & candidæ q. v.*

Cui admisce
Rosarum recentium mundatarum & modicè in pilâ lapideâ contusarum quantùm Axungia capere potest.

Macerentur per aliquot dies; tum colliquentur & exprimantur: addendo denuò *Rosas recentes*, hocque tertiò. In fine decoquantur ad humiditatis consumptionem, etiam affundendo
Aquæ Rosarum lib. I.

Post refrigerationem ducatur pars venditioni exponenda pistillo ligneo in vase marmoreo, superaffusâ *aquâ Rosaceâ* & *Unguentum* erit gratiosum & candidum.

Bal-

Balſamum Arcæi.

℞. *Terebinthinæ Venetæ,*
Gummi Elemi an. Unc. I. ß.
Sevi Caſtrati Unc. II.
Axungiæ Porcinæ veteris, & inſulſæ Unc. I.

Ex omnibus ſimul liquatis & colatis, fiat ex arte Unguentum.

Balſamum Lucatelli.

℞. *Olei Olivarum optimi lib. III.*
Terebinthinæ in aqua roſar. lotæ Unc. VIII
Ceræ lib. I.
Santali rubri pulveriſ. Unc. II.
Vini Hiſpanici q. ſ.

Coque ſ. a. addendo circa finem
Balſami Peruviani Unc. I.

Balſamum Viride.

℞. *Ol. Olivar.*
Lini an. Unc. IV.
Laurini Unc. ß.
Juniper. drach. II.
Garyopill. drach. ß.
Aloës, drach. I.
Terebint. Venet. Unc. I.
Virid. eris drach. II.
Vitriol. albi ſcrup. IV.

F. ſ. a. Balſamum.

CLASSIS DECIMA-TERTIA.

De Ceratis & Emplastris.

Ceratum de Crusta panis.

℞. *Crustæ panis tostæ, & in Aceto maceratæ Unc. II.*
Oleorum Mastichini,
Cydoniorum an. Unc. I.
Pulveris Mastiches,
Menthæ,
Spodij,
Coralli rubri,
Santali albi,
rubri an. drach. I.
Farinæ Hordei quantùm sufficit.
Fiat *Ceratum*, semper recens præparandum.

Ceratum defensivum.

℞. *Olei Rosati,*
Aceti Rosati an. Unc. VI.

Bulliant simul continuò agitando ad consumptionem *Aceti*, & in *Oleo* liquentur *Ceræ albæ Unc. VI.* quibus tepidis immisce sequentia pulverisata:

Boli Armeni,
Terræ sigillatæ an. Unc. II.
Sanguinis Draconis Unc. I.
Balaustiorum Unc. ß.
Et f. s. a. Ceratum.

Ceratum Matricale.

℞. *Galbani Aceto soluti & cocti Unc. I. ß.*
Tacamahacæ,
Assæ fœtidæ an. Unc. ß.
Myrrhæ rubræ drach. II.
Pulveris Matricariæ,
Arthemisiæ an. drach. ß.
Bdellij mollis drach. I.
Pulveris Lapidis magnetis scrup. II.
Seminis Dauci Cretici scrup. I.
Olei Succini guttulas aliquot.

In *Vino albo Gummata* dissolvantur, & additâ *Ceræ* sufficienti quantitate, f. s. a. *Ceratum.*

Ceratum Santalinum.

℞. *Rosarum rubrarum drach. XII.*
Santali rubri drach. X.
albi,
citrini an. drach. VI.
Ceræ albæ drach. XXX.
Eboris drach. VII.
Camphoræ drach. II.
Olei Rosati lib. I.

Misce, & f. s. a. *Ceratum.*

Ceratum Stomachicum.

℞. *Masliches Unc. ß.*
Tacamahacæ,
Ladani an. drach. II.
Balsami Indici veri drach. I.
Terebinthinæ Venetæ,
Ceræ albæ an. q. s.

Misce, & f. s. a. Ceratum.

DE EMPLASTRIS.

Emplastrum album coctum.

℞. *Olei Olivar.*
Cerussæ an. lib. I.
Aquæ fontis q. s.
Coque ad Emplast. consist. addendo
Ceræ albæ Unc. II.
Misce f. Emplastrum.

Emplastrum de Baccis Lauri.

℞. *Baccarum Lauri mundatarum Unc. II.*
Thuris,
Mastiches,
Myrrhæ an. Unc. I.
Olei Laurini drach. VI.
Terebinthinæ parùm coctæ Unc. I. ß.
Cyperi,
Costi an. Unc. I.
Foliorum Rutæ siccorum drach. III.
Sem. Cumini,
Fœniculi an. drach. II.
Mellis despumati quantùm satis.
Misce, & f. s. a. Emplastrum.

Emplastrum de Betonicâ.

℞. *Herb. Betonicæ,*
Plantaginis,
Apij,
Verbenæ,
Pimpinell. an. m. ß.
Incis. & contusis coque leniter cum
Ceræ

Ceræ flavæ Unc. IV.
Resinæ Pini lib. ß.
Colophon. Unc. ß.
Colat. Expreſſ. adde
Terebinth.
Gummi Elemi an. Unc. IV.
Maſtich. drach. ß.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Carminativum.

℞. *Gummi Galbani,*
Bdellij,
Ammon. an. Unc. ß.
Thuris maſculi,
Myrrhæ rubræ an. drach. II.
Opij Thebaici drach. I.
Diſſolve in Aceto Scyllitico iterumque inſpiſſatis adde
Ceræ citrinæ,
Colophoniæ an. drach. III.
Balſami Peruv.
Ol. Philoſoph. an. drach. I.
Terræ drach. ß.
Carui ſtillat. ſcrup. ß.
Terebint. Venet. q. ſ.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Althææ.

℞. *Rad. Althææ pulveris lib. ß.*
Olei Camomillæ,
Anethini an. Unc. II.
Roſarum,
Adipis anatis an. Unc. I.
Olei Liliorum albor. drach. X.

Emplast. Diachyl. cum gum. Unc. III. ß.
Medullæ Vituli,
Vaccæ an. drach. VI.
Adipis Vaccæ Unc. III.
Ceræ flavæ Unc. IX.
F. f. a. Emplastrum.

Emplastrum de Cicutâ.

℞. *Cicutæ recentis parum contus. q. s.*
Sevi Ariet.
Resinæ,
Resinæ Pini an. Unc. IX.
Ceræ citrinæ Unc. VI.
Coq. simul ad humid. consumpt. colat. fortiter expressæ adde
Gummi Ammoniaci,
Terebint. Venetæ an. Unc. IV.
F. f. a. Emplastrum.

Emplastrum Dia-Palma.

℞. *Litargirij auri,*
Olei Olivarum an. lib. III.
Axungiæ Porci lib. II.
Aquæ communis in quâ Salis comm. Unc. I. soluta est q. s.
Coque f. a. continuò spatulâ palmeâ agitando donec digitis non adhæreant adde
Vitrioli albi Unc. IV.
Misce fiat *Emplastrum.*

Emplastrum Dia-chylon simplex.

℞. *Olei Mucaginum lib. III.*
Lithargyri auri lib. I. ß.
F. f. a. Emplastrum.

Emplaſtrum Dia-chylon cum gummis.

℞. *Olei Mucaginum lib. VIII.*
Lithargyri auri lib. IV.
Ceræ,
Terebinthinæ an. lib. ß.
Ammoniaci,
Galbani,
Opoponacis,
Sagapeni an. Unc. IV.
F. ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum Dia-phoreticum.

℞. *Gummi Ammoniaci Unc. II.*
Elemi Unc. I. ß.
Sagapeni Unc. I.

Solvantur in ſ. q. *Aceti* ad pultis formam, cui adde pedetentim & quaſi guttatim
Ceræ flavæ odoratæ lib. I.
Terebinthinæ claræ Unc. III.
Colophoniæ, ſeu *Picis Græcæ Unc. IV.*

Liquata invicem leni igne, in Sartagine ſeparatim, & non nimis calidè ſuperioribus *Gummatibus* ſenſim & alternatim, uti dictum, ſub continuâ agitatione infuſa; hinc alternatim etiam inſpergantur ſucceſſive hi pulveres: utpote
Pulveris Gummi Bdellij Unc. IV.
Succini Citrini Unc. III.
Olibani,
Maſtiches an. Unc. I.
Sandaracis drach. VI.

Poſt agitentur, donec omnia commixta, atque dextrè unita ſint, per horam inte-

gram in diplomate, vase scilicet duplici calore leni: fiatque Emplastrum.

Emplastrum Dia-pompholygos.

℞. *Olei Rosarum cum succo Solatri cocti & præparati Unc. X.*
Ceræ albæ Unc. VIII.
Liquescant lento igne, remotis ab igne insperge pulveres sequentes:
Pompholygis præparatæ,
Tutiæ præpar.
Plumbi usti & loti an. Unc. II.
Cerussæ lotæ Unc. IV.
Thuris masculi Unc. I.
Moveantur continuò ad refrigerationem, & f. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Divinum *seu* Manus Dei.

℞. *Olei Olivar. lib. I.*
Lithargyri aurei lib. ß.
Aquæ comm. q. s.
Coque ad consistentiam Emplastri cui adde
Ceræ flavæ Unc. IV.
Gummi Ammoniaci,
Galbani colat. & inspiss. an. Unc. I.
Terebint. Unc. I. ß.
Olei Laurini drach. VI.
Tum insperge pulveres sequentes
Myrrhæ,
Mastiches,
Olibani an. Unc. I.
Lapid. Calamin.
Magnetis,

Rad. Aristoloch. longæ,
rotundæ,
Viridis æris an. Unc. ß.
Misce f. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Epispasticum.

℞. *Ceræ citrinæ Unc. I.*
Terebinth. Unc. II. in æstate *Unc. I. ß.*
Picis albæ Unc. I.
Cantharid. pulveris. Unc. II.
F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Filii Zachariæ.

℞. *Ceræ flavæ,*
Medullæ cruris Vaccæ,
Adipis Anatis,
Gallinæ,
Mucilaginis sem. Lini,
Althææ,
Fœnugræci an. lib. I.
Olei Lini q. s.
Fiat Emplastrum.

Emplastrum de Galbano.

℞. *Galbani in Aceto dissoluti Unc. I.*
Picis navalis Unc. ß.
Emplastri Dia-chylonis simplicis drach. II.
Salis Armoniaci scrup. II.
Misce, & fiat Emplastrum.

Emplastrum Gratia Dei.

℞. *Ceræ,*
Resinæ an. lib. I. ß.

Tere-

Terebinthinæ Unc. X.

Mixta ſimul liqueſiant & paululum refrigeſcant, tunc adde

Olibani pulveriſati Unc. VI.

Miſce, & cum *Oleo Roſaceo* fiant *Magdaleones.*

Emplaſtrum Gryſeum *ſeu* de Lapide Calaminari.

℞. *Lapidis Calaminaris uſti, & Aceto vini extincti, & ſuprà Porphyritem præparati Unc. I.*
Litargyrij auri Unc. II.
Ceruſſæ Unc. ß.
Tutiæ præparatæ drach. III.
Terebinthinæ drach. VI.
Ceræ albæ Unc. I. ß.
Sevi Cervini Unc. II.
Thuris electi drach. V.
Maſtiches drach. III.
Myrrhæ drach. II.
Camphoræ drach. I. ß.
Confice ſ. a. Emplaſtrum.

Emplaſtrum ad fracturas Oſſium.

℞. *Rad. & Fol. Conſolidæ maj. m. II.*
Althææ,
Bacc. Mirthi an. Unc. ß.
Fol. Hyperic.
Salicis an. m. I.
Coq. in ſ. q. aquæ Chalyb. ad lib. I.
Colat. fortiter expreſſæ & Mucilaginoſæ tum adde

Sevi

Sevi Hircini,
Olei Rosarum,
Myrtillor. an. lib. ß.
Quibus liquatis adde
Lythargirij auri lib. ß.
Minij Unc. II.
Coque ad consistentiam Emplastri tenuioris tum in eo liquef.
Ceræ flavæ Unc. IV.
Terebinth. Unc. II.
Addendo pulveres sequentes
Boli Armeni,
Terræ sigillatæ,
Olibani,
Mirrhæ,
Mastichis an. Unc. I. ß.
Sanguinis Draconis Unc. I.
F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Magneticum Arsenicale.

℞. *Gummi Sagapeni,*
Ammoniaci,
Galbani an. Unc. III.
Ceræ,
Therebint. an. Unc. IV. ß.
Magnetis Arsenicalis Unc. III.
Terræ Vitrioli lotæ Unc. I.
Olei Succini Unc. II.
Misce f. s. a. Emplastrum.

Magnetem Arsenicalem sic conficies
℞. *Antimonij crudi,*
Sulphuris flavi,
Arsenici Crystallini an. Unc. II.

Pulve-

Pulverif. omnia ſubtiliter, & in vaſe vitreo in arenam calentem imponantur, & tamdiu in illa reliquantur donec materia iſta omnis colliqueſcat id quod inde cognoveris ſi materies ſtylo ferreo tacta illi adhæreſcat & *Terebinthinæ* inſtar ductitetur colore eſt rubea, ſub obſcura poſtea infrigidatur: deinde rupto urinali eximitur materia quæ in unam maſſam concurrit & dura eſt inſtar picis.

Emplaſtrum de Meliloto.

℞. *Meliloti Unc. VI.*
Florum Camomillæ,
Comarum Abſinthij,
Sampſuchi, id eſt, *Majoranæ,*
Baccarum Lauri,
Radicis Althææ an. drach. III.
Sem. Apij,
Ameos,
Cardamomi,
Ireos,
Cyperi,
Spicæ,
Caſſiæ ligneæ an. drach. I. ß,
Ammoniaci drach. X.
Styracis Calamitæ,
Bdellij an. drach. V.
Terebinthinæ Unc. I. ß.
Ficus pingues coctos, & cribratos N. XII.
Sevi Caprini,
Reſinæ an. Unc. II. ß.
Ceræ Unc. VI.

Olei

Olei Sampsuchini,
de Spica an. Unc. I.
Decoctionis Meliloti, Camæmeli & Fœnugræci q. s.

Misce, & fiat Emplastrum. Parandi sunt *Magdaleones* crassi, ne exsiccentur.

Emplastrum de Mucilaginibus.

℞. *Mucaginum sem. Althææ,*
Lini,
Fœnugræci,
Corticis Mediani Ulmi an. Unc. IV.
Oleorum Camæmelini,
Liliorum,
Anethini an. Unc. I. ß.
Ceræ Citrinæ Unc. XX.
Gummi Ammoniaci,
Galbani,
Sagapeni,
Opopanacis Aceto solut. an. dr. VI
Terebinthinæ Gummis colatis mixtæ Unc. II. ß.
Croci drach. II.

Et f. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Oxycroceum.

℞. *Colophoniæ,*
Picis nigræ,
Ceræ flavæ an. lib. ß.

Liquescant simul lento igne, & ab igne subductis immisce diligenter,
Ammoniaci,
Galbani, Aceto maceratorum, coctorum,
&

& ad mellis consist. evapor. an. Unc. II.
Terebinthinæ Gummatibus prædictis immixtæ Unc. III.

Posteà insperge sequentia tenuissimè pulverata:

Croci Unc. I.
Olibani,
Masticbes,
Myrrbæ an. Unc. II.

F. s. a. Emplastrum.

Emplastrum Stipticum paracelsi.

℞. *Minij,*
Lapidis Calaminaris an. Unc. I.
Lithargyri auri,
argenti an. Unc. II.
Olei Lini Unc. III.
Olivarum Unc. IV.
Laurini,
Juniperi, an. drach. II.
Ceræ,
Colophoniæ an. Unc. II.
Gummi Opoponacis,
Galbani,
Sagapeni,
Ammoniaci, an. Unc. ß.
Vernicis, seu *Sandaracis*,
Terebinthinæ an. Unc. I.
Bdellij Unc. ß.
Carabes Citrinæ,
Olibani,
Myrrbæ Alexandrinæ,
Aloës Epaticæ,
Aristolochiæ longæ,
rotundæ an. drach. I. ß.

Mumiæ Transmarinæ,
Magnetis Oleo Martis præparati,
Hæmatites an. drach. II.
Coralli rubri,
albi,
Matris perlarum,
Sanguinis Draconis,
Terræ sigillatæ,
Vitrioli albi an. drach. I. ß.
Florum Antimonij,
Croci Martis adstringentis an. scrup. II.
Camphoræ drach. I. ß.
Misce & f. s. a. Emplastrum

Emplastrum Vigonium, *seu* de Ranis cum Mercurio.

℞. *Ranas aquaticas viventes N. VI.*
Lumbricorum terrestrium vino albo lotorum & submersorum Unc. III. ß.
Vini albi lib. II.
Infundantur simul per aliquot horas, tum bulliant igne moderato ad tertiæ partis consumptionem, addendo sub finem
Matricariæ cum floribus,
Schœnanti,
Stœchados Arabicæ ana m. I.
Posteà adjice
Olei Camæmelini,
Anethini,
Liliorum alborum an. Unc. II.
Axungiæ Porci lib. I.
Pinguedinis Vitulinæ lib. ß.
Bulliant rursùs omnia ad vini tertias, cola-

colaturæ fortiter expressæ adde

Succ. Radicum Ebuli,
Helenij an. Unc. II.

Quibus mixtis, & sensim affusis, nutriantur

Litargyrij auri tenuissimè triti lib. I.

Et coquantur simul lento igne, donec eam consistentiam acquirant, ut digitis non adhæreant, tum adjice, ut liquescant,

Ceræ Citrinæ Unc. VI.
Axungiæ Viperinæ (si desit) *Taxi Unc. II. ß.*
Olei Laurini Unc. I. ß.

His ab igne semotis & tepidis, adde

Olei de Spica Unc. II.
Olei Crocini sup. Classe XI. descripti Unc. I
Olibani pulverisati drach. X.
Euphorbij pulverisati drach. V.

Postremò immisce

Terebinthinæ claræ Unc. II.
Styracis liquidæ Unc. I. ß.
Hydrargyrij Terebinthinâ extincti, & Styraci prædictæ immixti Unc. IV.

Misce, & fiat ex arte Emplastrum, quod cum & sine Mercurio à Pharmacopœo reservari debet.

Spannadrapium ad Fonticulos.

℞. *Emplastri Palmei,*
Dia-chylonis simplicis.
de Cerussâ coctâ,
Ceræ an. lib. I.
Cinnabaris,

Pul-

Pulveris Ireos ſubtiliſſimi an. Unc. IV.
Moſchi Olei Amygdalarum ſoluti gr. VIII.
Fundantur & miſceantur ſ. a. imbibe telis pro Spannadrapio.

Spannadrapium Marchionis d'Eſte.

℞. *Olei Olivarum*,
Litargyrij auri an. lib. ß.
Coquantur ad nigredinem, & adde
Ceræ flavæ,
Picis nigræ,
Emplaſtri Dia-chalciteos an. lib. ß.
Omnia probè miſceantur, iiſque adhuc calentibus tela tenuis immergatur, & f. ſ. a. Spannadrapium.

CLASSIS DECIMA-QUARTA.

De Præparationibus ſimplicium Medicamentorum uſualium.

PRæparata officinarum communiter, & in ſpecie ſic dicta, nihil aliud ſunt, quàm ſimplicia nonnulla duriuſcula in tenuiſſimum pulverem, accedente aliquâ aquâ cordiali, redacta talia ſunt: *Terræ*, *Lapides*, *Perlæ*, *Corallia*, *Cruſtacea* ſeu *Teſtacea*.

Modus præparandi.

Rem præparandam læviga ſuper Porphyrite lapide verſatili quàm minutiſſimè; inter lævigandum aſperge aquam aliquam Cordialem (*Puta Roſarum*, *Borraginis*, *Meliſſæ* & ſimilium) ut fiat inſtar *Pultis*, hanc expone loco tepido, vel aëri, ut in umbrâ exſiccetur.

Nota. Quæ ſolidiora & duriora, adeòque minùs lævigabilia ſunt, uſtione antegreſsâ calcinari, friabiliaque reddi ſolent, ut *Cornua*, *Oſſa*, *Cruſtacea* & ſimilia.

Uſitatiora ſunt

Præparationes *Cinnabaris*,
Conchæ,

Coral-

Corallorum alborum,
rubrorum,
Cornu Cervi usti,
Chel. Cancror.
Crystalli,
Granati,
Hæmatitis,
Hyacinthi,
Lapidis Armeni,
Calaminaris,
Judaici,
Lazuli,
Magnetis,
Margaritarum,
Matris Perlarum,
Oculorum Cancri,
Ovorum Struthij,
Saphyri,
Smaragdi,
Spodij,
Tutiæ,

Nota. Quod ad confectionem Alkermes *Lapis Lazuli* uratur in crucibulo postea ut supra terendo & lævigando in tenuissimum pulverem redigatur.

Aluminis ustio.

℞. *Aluminis Rochæ quantùm volueris.*

Indatur vasi figulino non vitreato, & igne circumquaque accenso, aduratur donec ampullas ampliùs non emittat.

Butyri Majalis præparatio.

℞. *Butyri insulsi sub mensis Maij finem confecti q. v.*

Indatur vasi terreo vitreato, & Balnei vel Solis calore liquescat: supernatans Butyrum per inclinationem separetur à sero subsidente; & Colatum, idoneo loco sine sale recondatur, in annuum usum.

Cochlearum Testarum præparatio.

℞. *Cochlearum oblongas Testas*, quæ propè piscinas & lacus reperiuntur, his affunde *Acetum distillatum*, stent in infusione per noctem ad extrahendum mucorem, quem diligenter abrades, posteà pulverisa, & cum aqua *Cardui Benedicti* in marmore præpara: volatilis enim illarum cinis per calcinationem aliàs factus nullius est pretii, nec operationis in usu.

Cornu Cervini spagyrica præparatio.

Calcinatio hæc commodè in Vesica perficitur coctione continuâ mediante distillatione aquarum *Acetosæ*, *Cardui Benedicti*, *Calendulæ*, *Scorzoneræ* & similium, per cujus vaporem *Apices Cornu* in collo Alembici quâ parte attingi & penetrari queant, suspensi, jucundo & miro modo ad perfectam albedinem absque flammis violentis vires aliàs exurentibus (ut in vulgari calcinatione fieri solet) mollescant

&

& calcinentur ſecundùm artem, & ſerventur ad uſum.

Millepedum præparatio.

℞. *Millepedum vivorum q. v.*
Diligenter à ſordibus purgentur deinde *Spiritu vini dephlegmato* inebrientur, & calore moderato ſiccentur.

Opii Correctio præparatio.

Opium fruſtulatim & in teneras lamellas conſciſſum collocetur ſupra laminam ferream, quam ſuper carbones accenſos leniter incaleſcere, & *Opij ſulphur Narcoticum* ſenſim exhalare ſine, quouſque non ampliùs fumum vel vaporem emittat, cavendo tamen ne comburatur; ſed ut ſolummodò torrefiat, & hæc facilis eſt & compendioſa, genuina tamen *Opij* præparatio.

Plumbi uſtio.

℞. *Plumbi q. v.*
Liqueſcat in fictili novo & injice *Sulphuris pulveriſati* q. ſ. ignem ſuccendito flagrans plumbum ſpatulâ ferreâ verſetur donec prorsùs in cineres redigatur.

Scammonii præparatio.

Scammonium ſuper cartam bibulam ex-

panſum fumo ſulphuris ſuffumigetur, id ſtudioſe cavendo ne liqueſcat ſed lentiſſimo calore fumo ſulphuris imbuatur.

Tuthiæ præparatio.

℞. *Tutiæ officinarum*, ſeu *Cadmiæ Græcorum quantùm volueris.*

Ter ſaltem in Crucibulo candefacta, ter *aquâ Roſarum* & *Plantaginis* exſtinguatur, deindè ſuper marmor in ſubtiliſſimum pollinem lævigata, cum *aquâ Plantaginis* & *Roſaceâ* redigatur in paſtillos.

Plures aliorum ſimplicium utpote *Radicum ſeminum* & ſimilium præparationes variis in diſpenſatoriis reperiuntur quorum nonnullas, tamquam inutiles & non neceſſarias refutamus nonnullas vero Medicorum judicio & præſcriptioni relinquimus.

CLASSIS DECIMA-QUINTA.

De quibusdam Medicamentis spagyricis.

Crocus Martis adstringens.

℞. *Limaturæ Chalybis benè depuratæ tenuioris lib. ß.*

Extende super Tegulam latam & planam, exponendam igni *Figulino*, aut *Reverberij*, spacio octo vel decem dierum, sic ut Tegula à flammâ continuâ, continuò ardeat, & limatura reducetur in pulverem inpalpabilem, spongiosum, subrubeum, usui reponendum.

Crocus Martis cum Sulphure præparatus.

℞. *Sulphuris Magdaleon* applica ignito *Chalybis Bacillo*, ut candentes & liquescentes guttæ in subjectam pelvim aquâ frigidâ plenam incidant: repete illum laborem ad *Chalybis* totalem fusionem, decanta posteà aquam, & igniatur repertus pulvis in Crucibulo, reverberandus ad *Sulphuris* consumptionem, & usui, dum refrixerit, reponendus.

Magisterium Martis aperitivum.

℞. *Succi Oxalydis recenter expressi & per subsidentiam depurati lib. VIII.*
Pulpæ Tamarindor. pinguium Unc. XVI.
Confricentur manibus, vel pistillo ligneo in patina terrea, non stannea, & fiat instar *Pulmenti*, posteà coquatur parùm, & clarificetur per laneum pannum, clarificatum indetur Cucurbitæ vitreæ, cui adde *Limaturæ Chalybis à sordibus benè purgatæ Unc. VIII.* digerantur in arena loco calido per quatuor vel quinque dies & noctes, Cucurbitæ superponatur Alembicus cæcus, ut materia per intervalla agitari possit spatulâ ligneâ, per digestionem coletur per chartam emporeticam in patinam vitream vel terream, deindè inspissetur lento igne ad consistentiam Extracti liquidioris. Residuum *Chalybis* in subtilissimum pulverem redactum, exsiccetur & usui servetur.

Tinctura Martis aperitiva.

℞. *Limaturæ Chalybis per ablutionem purificatæ lib. ß.*
Tartari albi Germanici Crystallini præparati & pulverisati lib. II.
Misce exactè, & inde ollæ ferreæ valdè capaci & magnæ, addendo *Aquæ pluvialis purissimæ lib. XXIV.* (observando, ollam ultrà medietatem non esse replendam, alioquin materia, quæ bulliendo intumescit

&

& inflatur, majori ex parte parietes ollæ transiliret) bulliant omnia benè per integrum diem, addendo per intervalla aquam bullientem (quæ in defectu præcedentis, semper debet esse ad manum) commoveatur continuò materia, quæ alioquin semper albicans apparebit. Post duodecim horarum ebullitionem, quod crassius est, subsidebit, subtilius verò supernatabit nigricantem præ se ferens colorem saporis dulcacidi: decanta quod clarum erit, filtretur, & in vase terreo vitreato evaporetur lento igne ad consistentiam Syrupi liquidioris.

Vitriolum Martis.

℞. *Spiritûs Vitrioli rectificati lib. III.*
Aquæ pluvialis lib. IX.
Misce, tum accipe
Limaturæ Chalybis purissimæ lib. I.

Projice *Limaturam* in Matracium vitreum amplum, & pedetentim superaffunde tres partes superioris mixturæ, *Spiritûs* & *Aquæ* scilicet. Digerantur super cineres calidos per tres dies; tum liquorem viridem per declinationem decanta in alio vitro, & si ex *Limatura* quidquam indissolutum restitet, illi reliquam partem dissolventis adde, & digere super cineres, ut dictum est: deindè decanta, & junge primæ dissolutioni, rejiciantur verò fæces tamquam inutiles. Filtrentur omnes dissolutiones, & evaporentur in vase vitreo igne len-

lento, ad consumptionem medietatis, deindè ponantur in cellâ vinariâ, vel loco frigido per tres dies, tum collige *Crystallos Vitrioli*, reliquam humiditatem decanta, evapora, & crystallisa, ut supra. Postea exsicca *Crystallos*, & usui serva in vitro benè obturato.

Saccharum Saturni.

℞. *Cerussæ optimæ q.v.* (Belgicè Schelp-wit)

Huic subtilissime pulverisatæ affunde Acetum stillatitium ad supereminentiam trium vel quatuor digitorum transversorum: stent in digestione donec Acetum dulce factum fuerit: dein Aceti decantati levi igne fiat evaporatio ad cuticulæ apparentiam sic in loco frigido concrescent Crystalli in umbra exsiccandi: reliquum denuò ad cuticulæ apparentiam exhalet & procede ut ante.

Mercurius sublimatus Corrosivus.

Hunc aliunde petere licet.

Mercurius dulcis.

℞. *Mercurij sublimati Unc. VI.*
Mercurij vivi Unc. IV.

Misce exacte in mortario marmoreo usque dum Mercurius vivus planè dispareat. Pulvis hic indatur matracio colli oblongi in arenâ positi & successivis ignis gradibus

Mer-

Mercurius elevetur in altum. Materia autem exempta denuò ſublimetur idque toties repetatur donec Mercurius ſit planè inſipidus rejiciendo ſemper pulverem rubrum in fundo matracii hærentem.

Mercurius præcipitatus albus.

℞. *Mercurij crudi Unc. I.*
Aquæ fortis Unc. I. ß.

Stent in loco calido donec Mercurius ſolutus ſit atque in totum diſpereat. Solutionem hanc ſtillatim cum muriâ forti confundito. Sic præcipitabitur pulvis albus Aquâ calidâ crebro abluendus donec omnem acrimoniam depoſuerit & blando calore inter chartas complicatas exſiccetur.

Mercurius præcipitatus ruber.

℞. *Mercurij crudi Unc. I.*
Aquæ fortis Unc. I. ß.

Detineantur ſuper arenam in phialâ vitreâ donec Mercurius ſit ſolutus dein valido igne f. evaporatio ad ſiccitatem.

Mercurius præcipitatus Viridis.

℞. *Mercurij Unc. IV.*
Veneris Unc. ß.

Solve ſeparatim *in aquâ forti vel Spiritu nitri* & miſc. poſtea abſtrahe *aquam fortem* digere præcipitatum cum *Aceto ſtillatitio* filtra & ſicca ſ. a.

Tur-

Turpethum Minerale.

℞. *Mercurij crudi Unc. IV.*
Olei Vitrioli Unc. XVI.

Miſceantur retortæ vitreæ imponantur & ſimul maccrentur per viginti quatuor horas ſuper cineres calidos quibus elapſis inclinato roſtro adaptetur recipiens aucto paulatim igne, deinde augeatur donec omnis humiditas abierit. Maſſa alba à fœcibus ſeparata projiciatur in aquam puram & ſtatim flaveſcet: abluatur ab acrimonia ſiccetur & uſui ſervetur.

Antimonium Diaphoreticum.

℞. *Antimonij crudi lib. ß.*
Sal. Nitri lib. I. ß.

Mixta exacte & in pulverem ſubtiliſ. redacta per vices & cochleatim in crucibulum candens injiciantur & fiet detonatio: poſt detineatur materia in igne per horam dimidiam ita tamen ne fluat. Dein eam cum crucibulo injice in aquam calidam pluvialem quæ illicò lacteſcet, liquorem hunc albicantem effunde & recentem aquam fœcibus reaffunde idque tam diu repetatur donec liquor ampliùs non lacteſcat: liquores iſtos omnes à pulvere ſubſidente effunde. Pulvis autem inſipidus reſtans lente exſiccetur.

Notent Pharmacopœi quod hic Pulvis ſemper recens eſſe debeat, & aëri ſæpè expoſitus iterum qualitatem Vomitivam acquirere.

Crocus Metallorum.

℞. *Antimonij optimi*,
Salis Nitri purissimi an. lib. I.

Reducantur seorsim in pulverem, mox commisceantur: tum injiciatur hujus mixturæ uncia una in Crucibulum candens igne carbonum, cum cochleari vel alio instrumento commodo, & tegatur illicò tegulâ, ut sic fiat detonatio, fumum evitando: & cùm universa materia jam deflagraverit, ac stridor cessaverit, injice aliam unciam mixturæ, iterumque hunc laborem repete ignem augendo, donec tota deflagraverit; tum removeatur ab igne, ut quam primùm refrigescat: tandem fracto vase, materia metallina fusco rubore prædita (quæ proptereà *Hepar Antimonij* appellatur) separetur à crusta albicante.

Regulus Antimonii Martialis.

℞. *Frustor. Chalyb. purioris Unc. IV.*

Candefiant optimè in Crucibulo hinc super injiciantur

Antimonij crudi crasse comminuti Unc. VIII.

Quæ simul liquefiant his liquatis adde

Nitri Unc. II.

Sicque fluant igni imposita per horam. Deinde effunde materiam in conum fusorium conusque parumper concutiatur ut sic regulus descendat qui jam refrigeratus à scoriis est separandus hic regulus

iterum

iterum fundatur tantillum ſenſim injiciendo Nitri: quo perfecta magis fiat ſcoriarum ſeparatio. Tandemque rursùs in conum effuſus regulus ita remaneat uſque ad perfectam refrigerationem.

Anti-hecticum Poterii.

℞. *Reguli Antimonij Martialis,*
Stanni Anglici an. q. v.
Colliquentur ſimul & cum triplo
Salis Nitri.
Detonentur & poſtea aquâ edulcorentur ſ. a.

Butyrum Antimonii.

℞. *Antimonij crudi,*
Mercurij ſublimati corroſivi an. q. v.
Miſceantur exacte in mortario lapideo & fiat deſtillatio per retortam Vitream latioris colli in arenâ adauctis ſucceſſive ignis gradibus, ſic liquor ſive Butyrum Antimonii inſtar glaciei egreditur qui ſi concreſcat in collo vel principio recipientis ne id obſtruat, admove caute carbonem vivum ut liqueſcat, liquorem egreſſum rectifica per retortam vitream.

Bezoardicum Minerale.

℞. *Butyri Antimonij, q. v.*
Alteram partem *Olei Glacialis Antimonij,* priùs ponderatam, & injice in Matracium

ſatis

satis amplum, cui affunde guttatim æquale pondus *optimi Spiritûs Nitri.* Interim cave à noxiis vaporibus. His additis, & dissolutione peractâ, effunde in Alembicum parvum, & igne arenæ destilla usque ad siccitatem. Affunde iterùm relicto pulveri in Alembico jam siccato, candem *Spiritûs Nitri* quantitatem, tunc *Spiritus Nitri* nihil efficiet; exhalare tamen eum fac destillando, usque ad materiæ siccitatem. Affunde tertiò eandem *Spiritûs Nitri* quantitatem, & ut ante destillando evaporare finito. In fundo Cucurbitæ reperies materiam albam, siccam & friabilem, quam in pulverem redactam, diligenter ad usum serva.

Vitrum Antimonii.

℞. *Antimonij in subtiliss. pulver. redacti q. v.*

Calcinetur in patinâ terreâ vitreatâ primò leni igne per horas aliquot dum fumi cessare incipiant spatulâ ligneâ continuò agitando ne in glebas concrescat: dein auge ignem ad incandescentiam vasis donec in pulverem abeat Griseum hunc funde in Crucibulo donec instar Ceræ fluat postea effunde supra laminam cupream antea leviter calefactam: lente frigescant omnia ne vitrum diffiliat.

Vinum Emeticum.

℞. *Croci Metallorum Unc. I.*

Vini

Vini albi lib. I.

Miſce & ſtent per horas duodecim in infuſione calidâ. Deinde uſui ſerventur.

Tartarus Emeticus.

℞. *Cryſtallorum Tartari Unc. I.*
Croci Metallorum Unc. ß.

Pulveriſita coquantur cum aquæ pluvialis ſ. q. ad pelliculæ apparentiam; hinc colata per chartam bibulam duplicatam & Vitro incluſa loco frigidiori ad Cryſtalliſandum repone.

Tinctura Antimonii.

℞. *Mineræ Antimonij, lib. I.*
Sal Tartari lib. II.

Detineantur in igne vehementiſſimo per ſex vel octo horas, dein refrigeratis omnibus maſſa pulveriſetur huic pulveri ſuperfunde Spiritum vini Tartariſatum ad ſupereminentiam aliquot digitorum digerantur ſimul per tres vel quatuor dies donec ſanguinis inſtar rubicunda evadat Tinctura materiam ſæpiùs agitando, dein ad uſum à fœcibus ſeparata reponatur. Spirit. Vin. Tartariſ. ſic conficies.

Spiritus Vini Tartariſatus.

℞. *Tartari crudi Unc. VIII.*
Salis Tartari Unc. IV.
Spiritus Vini lib. VIII.

Dige-

Digerantur per diem unum dein deſtillentur ad mediæ partis abſtractionem deſtillat. Spirit. ſuperfunde

Salis Tartari Unc. II.
Tartari crudi Unc. IV.

Deſtill. denuò ad mediæ partis abſtractionem uſui ſervandum.

Vitriolum album Vomitivum.

℞. *Vitrioli albi q. v.*

Solve in aquâ pluviâ filtra & evapora donec cruſta apparere incipiat. Pone in loco frigido Cryſtallos concretos exime. Aquam reſtantem iterum evapora & tertiò dum omne ſal purum exceperis. Quod ultimò cum Aqua Roſarum ſolutum Filtratum & coagulatum calore levi ſiccetur ad uſum.

Oleum Vitrioli.

℞. *Vitrioli optimi ad cineritium flaveſcentem Pulverem exſiccati q. v.*

Deſtilletur ſ. a. ex retortâ lutatâ ſervatis ignis gradibus. Oleum deſtillatum poſtea rectificetur ſervato ſeorſim capite mortuo ſeu *Colcothar*.

Flores Sulphuris.

℞. *Sulphuris puriſſimi q. v.*

Sublimetur ex Cucurbitâ terreâ vitratâ

 ſuper

ſuperimpoſito Alembico vitreo vel terreo vitrato per mediocrem arenæ calorem, floreſque colligantur uſui ſervandi.

Oleum Sulphuris.

℞. *Sulphuris q. v.*

Imponatur crucibulo & accenſum deſtilletur ſuperimpoſitæ campanæ vitreæ ut artis eſt.

Balſamum Sulphuris Vulgare.

℞. *Florum Sulphuris Unc. II.*
Sal Tartari Unc. I.

Miſceantur & liquefiant exacte, donec atro purpureum induant colorem, hiſce poſtea Pulveriſatis adde
Olei Terebinthinæ Unc. IV.

Coq. ſimul in Phiolâ vitreâ in arenâ repoſita per tres horas: dein omnibus frigefactis clarum à fæcibus ſepara & ad uſum ſerva.

Balſamum Sulphuris Aniſatum.

℞. *Maſſæ Sulphuris ſupra ſcriptæ Unc. II.*
Olei Aniſi Unc. III.

Coq. in B. M. per octo horas materiam ſæpiùs agitando poſtea frigefacto vaſe, Oleum ſupernatans tinctum uſui reponatur.

Flóres

Flores Benzoin.

℞. *Benzoin optimi pulverif. q. f.*

Ex ollâ terreâ ad formam cucurbitæ facta, cui fuper impofitus eft conus Chartaceus, igne leni f. fublimatio: fic poft horam dimidiam flores afcendere incipient, qui fingula hora femis cum plumaceola colligendi funt.

De Salibus fixis & Volatilibus.

Sal Abfinthij,
Cardui Benedicti,
Scordij,
Stipitum Fabarum &c.

Herbæ ficcatæ exurantur in cineres ex quibus per aquam calentem fiat lixivium quod filtrandum & lento carbonum igne evaporandum in fal, quod ut purius reddatur iterum folvendum filtrandum & coagulandum.

Cryftalli Tartari.

℞. *Tartari-Rhenani pulverif. q. v.*

Ebulliat cum multâ aquâ quæ fic impregnata dum adhuc calet, per chartam bibulam coletur in vas idoneum, deinde fi frigori per noctem aut diutiùs exponatur, Cryftalli lateribus vafis accrefcent quos effusâ aquâ colligito & ficcato.

Tartarus Vitriolatus.

℞. *Liquoris Tartari q. v.*

Instilletur ei successive Oleum Vitrioli rectificatum donec nulla amplius f. effervescentia dein f. evaporatio ad siccitatem.

Sal fixum Tartari.

℞. *Tartari albi crudi q. v.* vel
Massam nigram post destillationem Tartari in retortâ residuam.

Tartarus crudus in furno figulino; massa verò nigra nude inter prunas calcinetur donec alba evaserit, ex hac per aquam calide affusam paretur lixivium quod filtretur in vas vitreum vel terreum, effundatur & exhalet donec omnis humiditas sit absumpta sic in fundo remanebit sal album.

Quod si per dies aliquot vase vitreo pleno exceptum in cellâ aëri exponatur solvetur in liquorem *Oleum Tartari per deliquium* impropriè vocatum.

Sal Prunellæ.

℞. *Nitri purissimi pulveris. lib. I.*

Liquefiat in crucibulo liquefacto per vices insperge
Sulphur. comm. Unc. I.

Quo deflagrato, effunde nitrum fusum in

in pelvim cupream mundam fiantque lamellæ.

Sal Nitri ſixum ejuſque Liquor.

℞. *Nitri puriſſimi Unc. III.*

In pulverem ſubtilem redactum indatur crucibulo mundo imponendo carbonibus accenſis ut fiat inſtar aquæ: cum fluxerit injice fruſtum carbonis igniti & fiet inflammatio, donec injectum illud fruſtum efferveſcendo cum nitro ſit conſumptum, tum repete illam carbonum injectionem donec nitrum non amplius inflammetur ſed maneat ſub maſſa ſiccâ vireſcente tum

℞. *Nitrum hoc modo fixatum.*

Solvatur in aq. ferventis q. ſ. ſolutum filtra per chartam. Filtrati f. evaporatio in vitro idoneo ad ſiccitatem uſque & remanebit in fundo ſal acerrimum.

Hoc ſal in orbe vitreo in cellâ aëri exponatur, tam diu illic relinquendum donec per deliquium fuerit ſolutum in liquorem limpidum *alcaheſt glauberi* dictum.

Salis Eſſentialis conficiendi modus.

℞. *Plantæ cujuſvis recentis & ſucculentæ q.v.*

Contund. in mortario lapideo deinde affusâ copiosâ aquâ font. clarâ coq. ad medict. conſumpt. decoctum coletur for-

titer exprimendo. Colat. iterum coquatur ad Mellis consistent. reponatur in vase fictili vitreato loco frigido per octiduum, & Sal Crystallinus concrescet qui affuso decocto colligitur, propriâ aquâ abluitur & siccatur ad usum.

Spiritus Cornu Cervi.

℞. *Frustulorum Cornu Cervi q. v.*

Indantur retortæ ad medietatem implendæ post amplo recipiente adaptato fiat destillatio igne aperto gradatim: sic ascendent Phlegma, Spiritus, Sal Volatile & Oleum fætidum: Sal Volatile cum liquore reliquo ab Oleo fætido per filtrationem separato. Mixtum in Cucurbitâ altiore super arenam destillando rectificetur: Sal Volatile Spiritui admisceatur vel singula separatim asserventur pro lubitu.

Sal Volatile Cornu Cervi.

℞. *Spiritum Cornu Cervi ab Oleo separatum.*
Sal Cornu Cervi primâ destillatione collectum.

Excipiantur phialâ superposito alembico & recipiente vasi huic adaptato: lenissimo sed gradatim aucto igne ascendet Sal Volatile Alembici rostro & lateribus adhærens quod separatim excipiendum.

Sal Volatile & Oleum Succini.

℞. *Succini contuſ. q. v.*

Indatur retortæ ut tertia ejus pars repleatur, deſtilletur gradatim ignem augendo ita ſimul aſcendent Oleum & Sal Volatile, hoc Sal aquâ calidâ eluatur & ſeorſim ſuper proprium reſiduum calcinatum rectificetur ut album evadat. Oleum autem per ſe ſ. a. rectificetur.

Spiritus Salis Armoniaci.

℞. *Salis Armoniaci lib. I. ß.*
Tartari lib. ß.

Seorſim pulveriſ. & commixta indantur Cucurbitæ Vitreæ benè munitæ affundendo aquæ communis *Unc. XXXII.* deſtillentur leni calore in arena *Unc. XVI.* Spiritus reliquus minùs potens ſeorſim aſſervetur.

Flores Salis Armoniaci.

℞. *Salis Armoniaci,*
Marini decrepitati an. q. v.

Pulveriſata & mixta indantur Cucurbitæ figulinæ cui in arenâ poſitæ cæco capitello adaptato ſub initio ignem lenem adhibeto eumque ſenſim adaugeto quo uſque Sal Armoniacum ſub farinæ formâ aſcendat dein ignem continuato & cum nihil

ampliùs aſcendere animadvertitur, vaſa refrigeſcere permittito, capitellum removeto & flores pennâ colligito.

Spìritus Nitri.

℞. *Nitri puriſſimi lib. I.*
Boli communis lib. III.

Exacte mixtis f. ſ. a. deſtillatio per retortam.

Spiritus Salis.

℞. *Salis Marini albi lib. II.*
Laterum pulveriſ. lib. VI.

Exacte mixta indantur retortæ terreæ ad medietatem adaptato amplo recipiente primò parcâ manu ignis adhibeatur qui phlegmate egreſſo augeatur donec omnes Spiritus nebularum inſtar egreſſi ſint, Spiritus à phlegmate rectificatione ſeparetur.

Spiritus Salis Dulcis.

℞. *Spiritus Salis optime dephlegmati Unc. III.*
Vini rectificati Unc. IX.

Deſtillentur ſ. a. per Alembicum Vitreum.

Lapis Infernalis.

℞. *Argenti Copellæ tenuiter laminati Unc. I.*
Aquæ fortis Unc. II. ß.

Diſſol-

Diſſolvantur igne lento in vaſe vitreo ſtrenuo, poſtea coquantur vaſe aperto igne arenæ ſub camino cavendo à fumo ad humiditatis ſuperfluæ conſumptionem poſtea effunde in conum fuſorium, priùs calefactum & refrigeratus Lapis ſervetur ad uſum.

Ruptorium Commune.

Fit ex lixivio fortiſſimo ſecundùm artem exſiccato.

Lapis Medicamentoſus Crollii.

℞. *Vitrioli viridis lib. I.*
albi lib. ß.
Aluminis crudi lib. I. ß.
Anatron, id eſt, *Fel vitri*,
Salis communis an. Unc. III.
Salis Tartari,
Abſinthij,
Artemiſiæ,
Cichorij,
Perſicariæ,
Plantaginis an. Unc. ß.

Ponantur in olla vitreata, & affunde parùm *Aceti Roſati*, ac coque igne lento ſæpiùs agitando: ubi incipiet craſſeſcere, adde
Ceruſſæ Venetæ,
Boli Armeni an. Unc. IV.

Miſceantur omnia diligenter, donec vi

vi ignis mediocris in lapidis duritiem *Massa* concreverit, quæ postea fractâ ollâ eximenda, & ad usum probè asservanda.

Si *Gummata Myrrham*, videlicet & *Thus*, volueris addere, instituatur coctio lenta, ne comburantur, & vis illorum in igne evanescat.

Aqua Fortis.

℞. *Vitrioli siccati lib. II.*
Salis Nitri lib. I.

Trita simul misceantur, & destilla per retortam Loricatam, igne aperto per gradus.

CLAS-

CLASSIS DECIMA-SEXTA.

De Cognitione & delectu Medicamentorum simplicium.

IN gratiam Tyronum additus est Tractatulus iste, de cognitione & delectu Medicamentorum simplicium; non omnium quidem, sed præcipuorum & magis necessariorum, ex variis Authoribus collectorum, & ordine alphabetico dispositorum prout sequitur.

A*Cacia Arbor* est, ex cujus semine maturo, ejusdem nominis succus exprimitur nigricans: ex immaturo rubescens seu subfulvus. Et hîc vera veterum *Acacia*, quæ *Theriacam* ingreditur, recipiendaque est, ubi *Acaciæ* simpliciter mentio fit. Ex omnibus præstantissima perhibetur *Luteo rubra* odoris grati.

Æris Flos, æris scobe tenuissime delimatâ polluitur. Optimus est friabilis, in attritu fulvescens, milii effigie, ponderosus, gustu adstringens & modicè splendens.

Æris Scoria, est recrementum illud spongiarum modo spumosum, quod Fabri tam de ferro quàm ære abjiciunt.

Æris

Æris ſquamma, eſt fragmentum, ſive ramentum quod malleis æri excutitur, quâ de causâ æris rudis ſquamma cæteris præfertur, ex qua clavi fiunt. Probatur craſſa, rufa præſertim æruginoſa.

Ærugo, eſt æris veluti rubigo in æreis vaſis, laminis, ſquammis, ſcobibus, lapidibus concreta, decem diebus *Aceti acerrimi* vapore poſt decuſſa vel deraſa.

Æs uſtum probatur rubrum, contuſū Cinnabarinum colorem imitans: nigrum verò plus quàm decet exuſtum eſt.

Agaricus fungus eſt arboribus adnaſcens Laryci: eſtque duplex, & ratione ſexus mas & fæmina, & ratione coloris candidus & niger. Probatur *Agaricus* qui candiſſimus eſt & levis, item friabilis, minimè lignoſus, rarus, primò ſtatim guſtu dulcis, mox amarus, aſtringens, ac etiam ſubacer, qualis eſtqui fæmina nominatur; qui verò nigricans, denſus, ponderoſus, filis quibuſdam veluti nervis interſectus, acerbuſque maximè improbatur: quin & qui corroſus, & qui propè caudicem eſt.

Aloës, alia eſt *lucida* ſeu *ſuccotrina*, alia *hepatica*. Præſtantiſſima eſt *ſuccotrina*, ſeu *lucida*, quæ eſt pinguis, glutinoſa, tranſparens ex rubro rufa, *Hepatis* modo coacta, boni odoris *Myrrham* æmulantis, ſyncera, friabilis digitis, arenarum & calculorum expers, facilè liqueſcens, & eximiæ amaritudinis. Hepatica non tam boni odoris eſt ut *ſuccotrina*, nigrior fractuque contumacior eſt.

Aloës

Aloës Lignum eligitur Indicum, colore nigro, cinereis venis diſcurrentibus, ponderoſum, ita ut ſuâ gravitate in aquam conjectum non innatet, ſed ſubſideat, durum craſſum, quodque accenſum flammam diu retineat, humidâ pinguedine prægnans. Quò majora ſunt fragmenta, eò plus facultatis in ſe continent.

Ambra optima cenſetur *Gryſea odoratiſſima*, quæ à ſordibus maximè repurgata eſt, quæque plurimùm ad candorem accedit, quæ videlicet cinerei ſit coloris, aut quæ ex venis nunc cinereis nunc candicantibus conſtat, levis, pinguis, & ſi ejus fragmentum candenti ferro applicatum, veluti in oleum reſolvatur. Peſſima eſt nigra, & vilis, quâ odor chyrothecis conciliatur.

Ammoniacum probatur benè coloratum, *Tigni*, *Calculorum*, ac aliarum ſordium expers, *Thuris* ſimilitudine, minutis glebis, denſum, ſyncerum, odore *Caſtoreum* utcumque referens, & guſtu amarum. *Ferulæ* ſuccus eſt, quæ in *Africa* gignitur juxta Ammonis Oraculum.

Amylum, *Amidum*. De multis cerealibus fieri poteſt, ſed optimum, quod ex *Tritico* quinquies aquâ madefacto fit, quod ubi emolliri cœperit, inquit *Dioſcorides*, ſenſim aqua affundenda ſine additione, ne quod utilè eſt unà effluat. Ubi molliſſimum fuerit, effusâ aquâ pedibus calcari ac conſtringi debet; deinde aliâ aquâ ſuperfusâ denuò calcari: tum enatantes ibi

Fur-

Furfures Cribro excipiendi; reliquumque quallo ſportiſque ſiccatum è veſtigio novis tegulis torreatur in Sole, & ſervetur.

Anacardus fructus eſt cujuſdam Arboris, cui Græci nomen indiderunt, à cordis tum ſimilitudine, tum colore. In eo liquor reſidet mellis craſſitie, inſtar ſanguinis rubicundus, guſtu adurente; in medio nucleus eſt exiguæ Amygdalæ effigie; præferuntur *Anacardia* pleniora, & habiliora, fuſca, reſina in cortice multa acri nigra, nucleo intùs albo. Magna ejus eſt copia in *Malabar* & reliquis *Indiæ* Provinciis.

Anime, aliud ex *Orientali India*, aliud ex *nova Hiſpania Indiæ Occidentalis* adfertur. 1. *Anime Orientale* eſt *Gummi*, quod ex *Orientali India Luſitanorum* navibus in *Europam* adfertur, eſtque trium generum, primum fulveſcit & pellucidum eſt, planèque nobilius, ſuccinum crudum emulatur. Alterum genus nigricat, & ferè ſimile eſt *Taurino* glutini, ſive illi reſinæ, quam officinæ *Colophoniam* vocant. Tertium genus pallidum eſt, & reſinaceum retorridumque. Omnia verò jucundum in ſuffumigiis ſpirant odorem, idemque videntur temperamentum ſortita: poſteriora tamen duo deguſtata, magis ſiccare & amareſcere deprehenduntur. 2. *Anime novæ Hiſpaniæ* eſt Arboris mediocris magnitudinis *Copalliferæ* vocatæ, *Lacryma*, ſeu *Reſina* per inciſionem *Thuris* aut *Maſtichis* modo collecta, alba ad *Thuris* colorem nonnihil vergens. Defertur granis *Thuris*,

ſed

ſed craſſioribus, quæ confracta luteum colorem oſtendunt inſtar reſinæ: gratiſſimi ac ſuaviſſimi eſt odoris, & prunis impoſita facilè conſumitur. Differt ab *Anime Orientali*, quod neque tam candidum neque tam lucidum ſit.

Aſpalathus, frutex eſt ſucculoſus, variis horreſcens ſpinis, naſcitur in *Iſtro*, *Niſyro Syria* & *Rhodiorum Inſula*. Optimus eſt gravis & ponderoſus, detracto cortice rubeſcens, aut in purpuram vergens, denſus odoratus, guſtatu amarus. Eſt & aliud genus candidum, lignoſum, ſine odore, quod deteriùs habetur. Pro *Aſpalatho*, ſi deſit, ſuccedaneum erit ſemen *Agni caſti*, aut *Lignum Aloës*, aut *Santalum Citrinum*.

Aſa dulcis, *Aſſa dulcis*, officinarum, eſt *Benzoinum* ſeu *Cyrenacei Laſerpitij Lacryma*. Probatur *Benzoinum*, ſyncerum & tranſlucens colore rubeſcens, *Electre* ſimile, guſtu gratum, durum, albis diſtinctum unguibus, aut glebulis, odore admodùm blando, *Xyloës*, odorem referente præditum, fuſcum autem & impurum improbatur.

Aſa fœtida, *Aſſa fœtida*, ex *Media* & *Syria* defertur, fœtidi viroſique odoris *Sagapenum* redolentis. Melior eſt quæ vergit ad rubedinem, ſplendens, *Myrrham* non porrum referens, & quæ facilè diſſolvitur in album colorem. Adulteratur antequàm ſiccetur cum *Serapino* & *Farina Fabarum*, ſed dignoſcitur facilè adultera-

ta,

ta, ſapore, odore & calore.

Auripigmentum, metallica res eſt aurum colore imitans. Ejus apud *Dioſcoridem* duo ſunt genera; unum è multis *Squammis*, ut altera alteri impoſita videatur, conſtat: id ſi purum fuerit, nec ulli materiæ permiſtum optimum exiſtimatur. Alterum colore *Sandarachæ*, hoc eſt rubrum glandis effigie. Deligendum ergò aureo colore micans, è tenuibus *Squammis* compactum, quod facilè funditur, & lapillis aut terræ permixtum non eſt.

Balſamifera Arbor, ſeu *Arbor Balſami Indici*. Arborem hanc *Pannucini Chucte* vocant, noſtri *Indici Balſami* arborem, *Mexicenſes Boitziloxiel*, ſeu affluentem reſinam nuncupare conſueverunt, quia liquorem effundit *Syriaco Balſamo* ſimillimum, neque odore aut viribus inferiorem. Arbor eſt *Mali Medicæ* magnitudine, foliis *Amygdali* majoribus, tamen rotundioribus, & magis acuminatis. Floribus in extremis ramorum flagellis luteis, initio loculorum oblongorum forma, ſed procedente tempore quorumdam veluti foliorum, cæteris longiorum & latiorum, in quorum extremitatis cavitate, ſemina, incluſa continentur, candicantia, & in quemdam pallorem inclinantia, oblonga, & pauliſper contorta, ſeminibus *Mali Medicæ* ſimilia. Inciſo ergò quovis anni tempore hujus arboris cortice ſtipiteve, ſed præcipue exactis jam atque deſinentibus imbribus, *Liquor* ille nobilis toto orbe celeber

leber, necdum ſatis laudatus ſtillat, quem *Balſamum* appellant è fulvo in nigrum inclinans colorem, ſapore acri, pauliſper amaro, odore vehementi, ſed tamen gratiſſimo.

Bdellium, denſata lacryma eſt ex arbore *Saracenica* quadam *Ceraſo* ſimili cortice veſtita emanans, atque circa ramulos in magnos grumos concreſcens, qui tam integri quàm confracti ex *Arabia*, *India*, & vicinis aliquot locis adferuntur, unà cum adhærente ſæpè cortice & ramulis. Hoc *Myrrhæ* concretione & adſpectu ſimile: quare cenſuit quidam *Bdellium Myrrhæ* ſpeciem eſſe (quidam *Anime* eſſe voluit) à qua differt non ſolùm quod arbores ſint differentes, ſed & in eo quod *Myrrha* ſit fragilior, & in igne, ut reſina, ardeat: at *Bdellium* magis naturam *Gummatis* reſipit, difficile enim ardet, & humore molleſcit, odor non ſine gravitate ſuavis. Probatur guſtu amarum, tranſlucidum, intùs pingue, liqueſcens facilè, & ſi digitis ſubigitur, molleſcens, ligni ac ſordis expers, ſuffitu odoratum, & albis maculis, ungui humano ſimillimis refertum, improbatur nigrum ſordidum uberioribus glebulis in offas convolutum: adulteratur *Gummi* & *Cerâ*; ſed fraus guſtu & odore innoteſcit, quia non ita amarum nec odorum eſt.

Bezoar Lapis Orientalis, ex quo Animali proveniat diverſi Authores diverſa ſcripſere, & præcipua pars tenet quod ſit Animal *Perſiæ* ac *Indiæ Orientalis* partim

Cervo simile, partim *Capræ* hinc fit ut aliis *Capra* audiat, aliis *Hircus*, aliis *Capri-Cerva*: v. g. dicitur *Capra Indica*, *Amato*; *Capra montana Menardo*, *Capra silvestris Lacunæ*; *Pazon Persis*.

Bezoar Lapis Orientalis, qui est *Lapis* in dicto Animali repertus (ac potissimum in proventriculo, hinc & in ventriculo, aliisque cavitatibus internis) figurâ scilicet variante, ovali, rotundâ, sessili & intùs cava (meditullio paleam pilos vel simile continente) superficie levi & splendente: substantiâ è laminis instar Cæparum sese incumbentibus compactâ: variante item colore (plerumque atrovirente, hinc dilutiùs virente pallescente, cineritio, fulvescente, melleo, &c.) odore nullo; variante magnitudine & pondere (plerisque scilicet infra *Juglandis* magnitudinem constitutis, nonnumquam & paulò majoribus.

Nota. Dantur & adulterati, seu falsi confecti, scilicet ex *Lapidum* fragmentis & pice artificiosè coaugmentatis. Item ex creta, cineribus *Testarum*, *Sanguine sicco*, & *Lapidibus Bezoar* minoribus pulverisatis, & cum *Liquore* incorporatis: item ex *Cinabari*, *Antimonio*, *Mercurio* ignis artificio compactis, tinctis, &c. qui sanè non modò citra utilitatem, sed & cum detrimento in usum accersuntur.

Notæ ergò bonitatis ab Authoribus passim notatæ sunt.

1. Forma à forma renum aut ovi co-

lum-

lumbini exteriùs levigati diverſa, utpote quæ ſignum Lapidis adulterati.

2. Structura Laminis multis inſtar Cæparum ſeſe invicem incumbentibus, iiſque ſingulis glabris, levibus, ſplendore coruſcantibus, quod tamen alii reprobant.

3. Cavitas (Meditullium) expers rei heterogeneæ præter pulverem, quidam malunt incluſam Paleam, Feſtucam, Granum & ſimilia.

4. Pondus aliis leviùs, nonnullis graviùs.

5. Commiſtio cum Calce, verbi gratiâ, ſi Lapis humectatus & Calci vel muro affrictus, Calcem colore viridi tingat: ſi Lapis Calce vivâ (cui admiſtâ aquâ) inunctus paulò poſt flaveſcat: ſi Lapis chartæ creta oblitæ affrictus viridem inducat lineam: ſi pulvis cum Calce vivâ mixtus colorem ex pallido virentem referat (quod tamen non de omnibus verum eſſe poteſt.

6. Friabilitas & diſſolutio in aqua, quæ tamen itidem & falſi Lapidis propria eſſe non nequit.

7. Liquatio, verbi gratiâ, ſi acus candens intrudi poſſit.

8. Diſparitas fragmentorum cum gypſo aut terra cocta (in duritie ſcilicet.)

9. Experimentum.

Verùm enim verò, ſumma in dijudicatione Lapidis cautio adhibenda eſt, neque abſque notarum ſyndrome de bonitate aliquid certi ſtatuere expedit, præſtantiſſimus

inter cæteros habetur *Perſicus.*

Bezoar Lapis, provenit ex Animali *Peruano*, *Capri-Cervo Orientali* ſimili, cornibus tamen orbo, depaſcente herbas ſalutiferas. *Lapis Bezoar Occidentalis*, qui eſt *Lapis* locis iiſdem Animalis, ut de priori dictum, circa rem heterogeniam in cavitate media contentam tunicatim concretus, *Orientalibus* ut plurimùm major, ſuperficie ſcabra, colore cinericeo albo, nigro, obſcurevè virente, qui optimus. Præſtantiores habentur (uti & *Orientales*) ex Animalibus montanis exempti.

Bitumen Judaicum cæteris anteponitur. Eligitur fuſco colore, ſplendidum, ponderoſum ac validum odorem vibrans, dum aquis innatat molle; cùm ſiccatum eſt, Pice ſiccâ duriùs efficitur. Nigrum autem, & ſordidum vitioſum eſt. Adulteratur Pice, quod color niger indicat & Picis odor.

Campora, *Capur*, & *Cafur Arabibus* dicta in Burneo optima eſt, eſt autem arbor (quam Garcias & Cluſius ſe vidiſſe ſcribunt) magna inſtar *Salicis*, è cujus *Meditullio* hæc Lacryma extrahitur, quæ per ſe coagulatur. Lignum hujus arboris eſt album & leve. Melior *Camphora* eſt candida, perlucens, pura, friabilis, tenuis & valdè odorata: Craſſa verò, fuſca, nigra, aſſulis ligni ſui implicata improbatur: pani calido impoſita ſi madeſcat, ſyncera eſt; ſi areſcat ſpuria. Si interdùm rubentibus, aut nigricantibus maculis conſperſa videatur,

tur, id ex ſordidarum manuum contrectatione, aut ex madore fieri dicunt; ſed facilè id emendatur, ſi in panno lineo colligatur, in calidam aquam dimittatur, addito *Sapone* & *Limonum* ſucco; deinde probè elota in umbra ſiccetur: ſic candida redditur. Aſſervatur ſemine *Lini*, aut *Milij*, aut *Pſylij*, aut *Pipere* ſepulta, ne aëri expoſita evaneſcat.

Carneolus Lapis, *Sardius*, vel *Sardinus Plinio* dicitur, ſimilitudine à *Sardis Salè* conditis deſumptâ, quod eorum colorem repræſentet, vel quod loturæ carnis ſimilis ſit: quâ ratione Gemmarii illum *Carneolum*, vel *Corneolum* appellant. Laudatiſſimus circa *Sardiniam* reperitur, & qui puriſſimâ juxta, & nitidiſſimâ conſiſtit ſubſtantiâ, colore carneo & tranſlucido.

Caſſia ſolutiva. Arbor (unde colligitur) eſt procera inſtar *Juglandis*, folia habens ei valdè ſimilia. Ligni materies valdè compacta. Fructus *Siliquæ* ſunt longæ, rotundæ, nigræ, intùs medullâ multâ, nigrâ & multis ſeminibus rotundis, & planis, quæ à ſe invicem membranis ligneis ac tranſverſis dividuntur prægnantes. Eligenda eſt quæ ex *Memphi* & *Alexandria Ægypti* convehitur, non admodùm craſſa, pellucens, recens, gravis, fracta, & quæ concuſſa ſeminibus minimè conſtrepit. Utendi tantum tempore extrahenda: nam extra Cannas promptè corrumpitur, & in vaſis ſervata pejor evadit. Advehi cepit & ex *Braſilia Craſſia purgatrix*, cujus uncia

una plus purgat, quàm unciæ duæ *Cassiæ* illius *Ægyptiacæ*.

Cassia Græcorum, ut ex Dioscoride & Galeno colligere licet, *Cinnamomum* sive *Canella* officinarum videtur, quam pro *Cassia aromatica* uti possimus. Præfertur rufescens, longa, gustu cum acrimonia grato, odore optimo & suavissimo.

Castoreum Medici vocant *Fibri* seu *Castoris testes*. Est autem *Fiber*, seu *Castor* Animal amphibium, ex albo cinereum in dorso nigricans, quod partim in aqua, partim in terra victitat, & ex utroque pabulum venatur, *Lutrarum* modo, quibus valdè simile est caudâ exceptâ, quæ *Castori* glabra est, & lata, & Piscium modo squammosa, *Lutris* longa, rotunda, hispida rufa, & ad castaneam accedens, ut & totum corpus. *Castoris Testes* eligi debent, qui ex uno ortu connexi sunt, liquore intùs veluti cereo, odore gravi, & virus redolente, gustu acri, ac mordente, friabiles, naturalibus tunicis circumdati. Diligenter animadvertendum est ne ab impostoribus factitii *Castoris Testes* emantur: pauci namque habentur, qui adulterio careant, cujus manifestum est indicium nimia eorum magnitudo, cùm legitimi parvi admodùm sint.

Chalcitis metallica res est, in venis Ærariis nata, præfertur Æri similis, friabilis, nec lapidosa, nec inveterata incursantibus oblongis venis splendentibusque, promptissime liquescens: usta melior est quàm

quàm non usta, & quæ urendo cineritia evaserit, modus urendi in *Dioscoride* est l. 5. cap. 75.

China, *Chinæa radix*, *China radix*, alia est *Orientalis*. Ex Regione *Sinarum China* dicta. *Occidentalis* ex *Hispania nova* & *Peru*. Præfertur *Orientalis*, quæ exteriùs est colore rubente aut subnigro, interiùs candicante aut subrubente: & hæc quò nigrior, eò melior. *Occidentalis* colore est interiùs magis rufo. Optima est recens pondere præstans, solida succulenta, non cariosa aut sapore insipida.

Corallium, ab effigie, & natali loco sæpè nec impropriè *Lithodendron*, quasi *Lapid-arbor*, & aliquando *Frutex marinus* dicitur: nam ut ait Macer, hoc velut arbusti ramusculus esse videtur in Tyrrheno siquidem, & Siculo mari provenit & *fruticis* instar assurgit, ac ramos emittit. Hinc à nonnullis inter *Frutices*, ab aliis inter *Lapides*, à quibusdam inter *Bitumina* reponitur. Verè tamen nihil istorum est. Sed inter omnia ambigit. Triplici autem agnoscitur discrimine, si quidem rubrum, aliud album, & tertium nigrum, priùs ut aspectu jucundius, sic melius, medicatius, & ad armillas aliaque ornamenta aptiùs. Album ut spongiosius, sic levius magisque refrigerans. Nigrum rariùs visitur, minusque medicatum & expetitum. Laudatissimum rubeum, quod semper usurpatur, cum absolutè *Corallium* ponitur. Aliud insuper datur mixtum, intermixtis nempè

 colo-

coloribus intercurſantibus, eſtque minùs bonum. Rubeum ut cæteris præſtet, debet eſſe colore floridum, ut *Alga* odoratum, ut *Frutex* ramoſum, fractu facillimum, non ſcabroſum, lapideum, nec rursùs inane aut concavum. Idem de albo intelligendum.

Coſtus præcellit ſolidus, optimè plenus, cortice cinereo ſive palleſcente, intùs candicans, interdùm colore buxi, odore admodùm fragrans, irinum videlicet, ſive violaceum ſpirans odorem, à teredinibus non eroſus, guſtu acuto, ac linguam vellicante. Omnes ferè optimi *Coſti* notæ in *Angelicæ radice* reperiuntur. Hinc ut nonnulli putent, eam pro vero *Coſto* ſubſtitui poſſe.

Curcumæ radix laudatur recens, intùs *Crocea*, foris *Zinziberi* perſimilis; vehementi amaritudine & acrimoniâ dum recens eſt caret, ob multam humiditatem: ſiccata verò acris eſt, ſed non adeò ut *Zinziber*.

Cyperus naſcitur in *Italia*, in paluſtribus, & humecto ſolo, quin & jam locis cultis. In *Germania* in hortis quibuſdam colitur, optimus defertur ad nos ex *Syria* & *Alexandria Ægypti*, in cujus defectu *Italicum* ſupponunt officinæ. Reperitur verò in officinis *Cyperus* duplex, radice rotundâ & longâ; 1. *Cyperus* rotundus fortè à radicis effigie quæ pixidulam, aut poculum vaſculumve puſillum imitatur dictus videtur; hic præfertur ad uſum Medicum, qui ſi

deſit

desit longus *Cyperus* substituitur. *Dioscoridi* est optima radix gravissima, densa, fractu contumax, plena & aspera, odoris cum quadam acrimonia jucundi. 2. *Cyperus longus*. Volunt quidam quod hic *Cyperus* longis radicibus discriminis gratiâ vocetur *Cyperis*. Qui verò rotundis est radicibus, *Cyperus*.

Dictamnum legitimum ac probatissimum in *Creta* Insula tantùm gignitur. Alia verò planta *Dictamnum album*, vocata *Fraxinella*, planè à *Dictamno Cretensi* diversa, quæ quamvis valdè efficax sit, *Dictamno Cretensi* substitui tamen non potest.

Elaterium, est succus *Cucumeris Asinini* condensatus; optimum censetur leve, non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarissimum, quodque lucernarum luminibus objectum facilè flagret, porraceum autem scabrumque si turbidum spectetur, atque erui cinerisque plenum sit ac grave, vitiosum statuitur. A Theophrasto statuitur *Elaterium* Medicamentorum omnium diuturnissimum, optimumque quod vetustissimum.

Elemni, resina est *Cedri* aut *Oleæ Æthiopicæ*, eligatur ex *Citrino* pallescens, perquam odora, pura, & à pulverum admixtione immunis. Adulteratur resinâ; sed fraus odore sit manifesta.

Euphorbium succus est acerrimus, ex Arbore *Lybica* ferulæ speciem habente emanans. Eligendum est translucens & acre, adulteratur Sarcocollæ & Glutinis

mistio-

miſtione. Sed difficile quidem experimentum, quippè cum levi guſtu os accenſum diù detineat, adeò ut quidquid ori objiciatur, planè *Euphorbium* reſipiat.

Galanga veteribus *Græcis* ignota, & *Arabibus* non ſatis perſpecta, habetur duplex: major & minor; 1. *Galanga* minor *Cyperus Babylonica* ex *Chinarum* Regione in *Indiam*, & inde in *Luſitaniam* defertur, unde *Chinenſis Galanga* dici poteſt. Optima eſt quæ fuerit gravis, ſaturatè rufa, odorata & guſtu acerrima. 2. *Galanga* major, tametſi longè craſſior radix ſit, ignavior tamen eſt, & viribus infirmior, colore etiam dilutior, minuſque odorata, foris ſubruffa, intùs *Zinziberis* palliditate prædita, guſtu acerrima ſine aromatica aliqua gratia; hâc in nulla confectione utendum eſt.

Galbanum eſt ſuccus naſcentis in *Syria Ferulæ*, ſeu *Liquor Grumis* flavis aut candicantibus compactus, ſubſtantiâ molli, pingui digitis adhærente, ſapore amariuſculo, odore gravi. Eligendum purum, pingue cùm accenditur flammam nutriens, mediocriter viſcoſum, colore flavum tale cùm recens eſt *Dioſcoridi* maximè laudatur *Cartilaginoſum* (vel ut alii vertunt granulis refertum) *Thuris* effigiem præbens, pingue minimè lignoſum, retinens nonnihil adjecti ſeminis, & *Ferulæ*, gravi odore, neque valdè humidum, neque nimis aridum.

Granatus eſt gemma pellucida, ex flavedine

vedine rubens, ignis inſtar, *Miniique nativi*, vel factitii colorem ferè referens. Sunt *Granati* alii *Orientales*, alii *Occidentales*, *Orientales* uti meliores, ita & pretioſiores; proindè Provinciam officinalem ſolis *Occidentalibus* linquunt.

Hæmatites Lapis, *Lapis ſanguinarius* (quod fractus ſanguinem imitetur, vel quod ſanguinem ſiſtat) foditur non modò in *Ægypto*, ſed & in pluribus *Germaniæ* & *Bohemiæ* montibus, præſertim in *Hercynia* ſylva, & in ferri fodinis quibuſdam. Commendatur friabilis, ſaturo colore niger, durus, & ſuopte ingenio æqualis, nullâ ſorde admiſtâ, nulloque Zonarum diſcurſu.

Hermodactylus, radix eſt officinis nota, probatur candidus, corpulentus, plenus, gravis; non carioſus, qui leni contuſione in pulverem Farinæ triticeæ ſimilem facilè redigitur, ſapore ſuavi & dulci.

Hyacynthus eſt gemma pellucida, ex flavedine rubens, igniſque flammas imitans. Sunt alii *Orientales*, alii *Europæi*. Hi inveniuntur ad *Iſeram fluvium* in confinibus *Sileſiæ* & *Bohemiæ*, ſuntque *Orientalibus* ignobiliores. Quoad colorem, referunt alii colorem *Minij nativi*, aut ſanguinis admodùm bilioſi; & hi ſunt præſtantiſſimi: alii rubedine *Croci* flaveſcunt; alii exactè oſtendunt ſuccini colorem, & hi viliores, alii albi pellucidi ſuccini colorem referunt; & hi omnium viliſſimi habentur.

Hypociſtis copiosè ad *Ciſti maris* Radices naſci-

naſcitur, quæ ſummis ceſpitibus diffunduntur, & cohærent; novo nempè vere cum ciſtus jam ad explicandos flores ſe parat; nam quando primùm emergit purpureo apparet colore, deinde paulatim aſſurgens & ſeſe explicans, multum priſtini coloris remittit, & cytinos ſuos profert candicantes turgidos, & lento ſucco plenos, qui etiam *Hypociſtis* appellatur. Naſcitur in pluribus *Etruriæ* aſperis locis, montibus potiſſimum, *Lucenſibus*, *Apennino* quoque monte, itemque in *Hiſpania*, *Luſitania*, & *Gallia Narbonenſi*.

Jalappa incognita fuit veteribus. Veram autem hiſtoriam *Jalappæ* exponit Gregorius Horſtius libro tertio Epiſtolarum Medicin. eſt autem nihil aliud docente Cloſſæo, quàm mirabilis *Peruviana*, cujus radix inodora in diebus Canicularibus effoditur, teſſeratim inciditur, inque loco umbroſo ſiccatur.

Kinkinna, *Kinakina*. Arbor ex nova, quæ *Orientem* ſpectat, *Peruvia*, vocatur ab incolis *Gannanaperide*, ab *Hiſpanis Palo de calenturas*, id eſt *Lignum Febrium*: ejus cortex inter orbis *Americani* divitias notiſſimus ad nos devehitur craſſitie mediocris, ſubſtantiâ tenuis, foris ſcaber, paſſimque exili caneſcens muſco, intùs lævis, colore ferrugineus, qualis eſt *Cinnamomi*, amarus, & terræ quâdam admixtâ portione auſterus. Adfertur ex *Peruviano* Regno, cortex dictus *China Febris*.

Lacca

Lacca, Gummi quoddam eſt, quod ex *India* mauritani petunt, eoque etiam in ſuis compoſitionibus utuntur, ut in *Dialacca*. Melior eſt quæ ſyncera eſt, lignique fragmentorum expers, & quamvis prædura exſuccaque ſit, præmanſa tamen ſputum efficit ſanguineum, quod probitatis eſt indicium.

Ladanum, Liquor eſt ex *Ciſti*, *Ledon* appellati, foliis exſudans. Optimum, minimeque adulteratum, odoratum eſſe debet, ſubviride, facilè molleſcens, pingue, reſinoſum, arenularum aliarumque ſordium expers, quale in *Cypro* gignitur.

Lapis Armenius, eſt ſimilis *Lapidi Lazuli*. Præfertur, qui eſt maximè viridis, communicato colore cum cæruleo, lævis, perquam æquabilis, tactuque friabilis. Ejus loco *Lapis Lazuli* uſurpari poterit.

Lapis Judaicus. In *Judæa* naſcitur *Glandis* effigie, candidus, ſcitâ admodùm configuratione, lineis æqualiter inter ſe diſtantibus, quaſi induſtriâ detornatis. Paſſim in officinis habetur.

Lapis Lazuli, apud *Arabes* is eſt, quem *Cyaneum Græci* nominant, effoditur in *Orientalibus* auri fodinis. Præſtat, qui ſimilis eſt ſereno cælo, maculas quaſdam aureas, ſtellarum modo radiantes habens, & aliorum Lapillorum mixturæ expers. Duplex habetur: *Orientalis*, & qui ex *Germania* adfertur; *Orientalis* ex eo cognoſcitur, quod in igne colorem non amittat, ſed illuſtrior reddatur; *Germanicus* verò hebe-

hebetatur, & de colore remittit.

Lapis Nephriticus, in Nephritico dolore maximè laudatus, ex *nova Hispania* defertur. Variegatus eſt & *Praſſio* ſimilis, ad viridem colorem lacteo permixtum tendit; præfertur viridior.

Lapis Pyrites, vulgò *Marchaſita*, gignitur autem *Marchaſita* (ut rei metallicæ periti tradunt) ex impuro Metallorum halitu: quo fit ut ferè ſemper reperiatur in montium cacuminibus, præfertur qui ærei coloris eſt.

Lignum Guajacum, *Hagioxylon*, *Lignum ſanctum*, *Lignum Indicum*, eſt primum celebratiſſimorum illorum ſimplicium, quæ ex *Occidentali India* deferuntur. Sunt verò *Guajaci* genera tria, primum defertur ex *Inſula ſancti Dominici*, ſecundum ex *Inſula S. Joannis de Portu divite*, quod poſteà repertum ſuperiori ferè ſimile, ſed per omnia minùs, & penè ſine matrice, ſuperiore tamen odoratius & amarius, quod illi præponitur, & ob mirandas facultates *Lignum ſanctum* dicitur. Multæ ſunt Inſulæ in Oceano, in quibus *Guajacum* naſcitur, ut *S. Benedicti*, *Hiſpaniola*, *S. Crucis*, *S. Dominici*, *S. Joannis de Portu*: ægregium tamen in *Inſula S. Joannis* oriri exiſtimatur: ſed cum hoc Ligno naves onuſtæ, in *Hiſpaniam*, *Genuam*, *Venetias* afferantur, nec ratione loci dignoſci poſſit, ex ipſius dotibus eligendum, quod ponderoſum eſt, corticem adhærentem habet, gravem odorem obtinet, & aquam, in qua co-

coquitur, facilè tingit. Tertium genus in *Orientalibus* reperitur. *Lignum Guajacum*, nonnulli ad *Buxi* ſpeciem, alii ad *Ebeni Dioſcoridis* alteram ſpeciem non quidem malè retulerunt, alii novum arboris genus eſſe cenſuerunt: grave eſt hoc Lignum ut in aquis ſtatim ſubſideat, non fluitet. Cortex ejus æquè atque Lignum in uſum venit, quem nonnumquàm *Fraxini Cortice* adulterari contingit, aut ſimilibus, qui tamen dignoſcuntur ſapore, & odore quodam peculiari.

Lignum Nephriticum, ex *nova Hiſpania* mittitur, quod cinereum eſt, craſſum, enode. & exiguo ſpatio aquæ injectum, eam cæruleo colore tingit, qui ſenſim intenditur pro temporis diuturnitate, cæruleum ideò dictum, quoniam adulteratur alio ligno ſimili, quod aquam croceo colore inficit, ne quis fallatur.

Malobatrum, eſt folium *Indicum*, *Nardo Indico* odore & ſapore ſimillimum, ſed *Nardo* efficaciùs. Laudatur recens ex candido nigricans, fractu contumax, integrum, & odore vegeto nares feriens. Eſt autem *Malobratum* folium ſui generis, quod *Indicæ* gignunt palludes, *Lentis paluſtris* modo innatans aquis ſine radice, id ipſum collectum ſtatim lino trajicitur, ſiccatumque reconditur. In ejus locum *Mauri* invexerunt folium *Lauro* proximum, ſed majus, & nervis tribus folium intercurſantibus diſtinctum odore jucundo. Ejus ſuccedaneum eſt *Spica* tam *Indica* quam

Cel-

Celtica, vel *Caſſia lignea* vera, aut potiùs cortex externus *Citri* ſiccatus.

Manna, eſt veluti ros cæleſtis dulcis & gratus, qui ex aëre ſudoris inſtar exudans, ſublucanis horis ſuper frondes & ramos arborum, herbarumque delabitur, & brevi *Gummi* modo concreſcit. Præfertur *Calabrina*, & inprimis quæ ſtirpium frondibus inſidens colligitur, proindè *Foliorum Manna* cognominata, minutis granulis ſimilis, candida, guſtu dulcis, recens atque ſuavis. Secundas partes ſibi adſciſcit quæ ramis inſidet; tertias verò quæ lapidibus & ſolo inhæret, nimirùm hæc granulis conſtat craſſioribus, & colore longè minus ſyncero.

Manna Thuris, ſunt minutiſſimæ *Thuris* micæ. Laudatur alba, pura, micarumque frequentiâ prædita. Sunt qui cribratâ *Pini* reſinâ ac polline, aut cortice *Thuris* contuſi adulterant, ſed hæc igne deprehenditur: nam adulterata non æqualiter incenſa flagrat, ſed fuliginoſum & impurum vaporem expuit, variumque odorem habet.

Margaritæ, ex Conchis quibuſdam, ſeu Piſcibus teſtaceis, *Oſtreorum* valdè ſimilibus in *Indico mari* victitantibus ſumuntur, quæ ſi parvæ fuerint, *Margaritarum* nomen ſervant; ſi craſſæ & ponderoſæ, *Uniones* appellantur. Præferuntur *Orientales* candiſſimæ, lucidiſſimæque: Perſicæ & perforatæ improbantur.

Marum, herba eſt non diſſimilis *Majoranæ*

ranæ, cujus loco accipitur *Dictamnus Creticus*, vel *Majorana*.

Mastiche, resina *Lentiscina*, *Mastix*. Est resina quæ *Lentisci* trunco vulnerato, primum liquida distillat, dein paulatim in guttas densatur, foris candida aut flavescens propter inhærentem pulverem, quo absterso, propemodùm crystallina & translucens. *Lentiscus Mastichem* eructans, est arbor admodùm procera; non tantùm in *Chio* & *Ægypto*, sed & in certis locis *Italiæ*, ut in *Apulia* reperitur. Ex ejus ligno Dentiscalpia fiunt optima, quibus non modò repurgantur dentes, sed roborantur, gingivæ constringuntur, & ori suavitas conciliatur. Præfertur resplendescens, & candore Hetruriæ Ceræ similis, retorrida, crassa, odorata, friabilis, stridorem edens. Viridis autem inferior est. Adulteratur *Thuris*, resinæque *Pineæ nucis* mixtione.

Mechoacan, *Mechoaca*, *Mechoacana*, *Peraviana Mechoaca*; *Bryonia Mechoacana* (quod radix *Bryoniæ* sit similis, à qua tamen multum differt, quod *Bryoniæ* radix viridis & sicca, admodùm acris, *Mechoacan* verò insipida & sine acrimonia) *Mechoacan* radix diligenda est recens, intùs albicans, exteriore parte nonnihil cineritia, crassa, compacta, multis circulis distincta, nullius mali saporis particeps, & sine acrimonia. Improbatur valdè candida, nigra, & cariosa. Quæ in Quito, & circa *Nacuragua* nata, præstantior est priore.

Meü folia tenuia ſunt anguſta, Capillacea; ſurculi graciles Cubitales, in quorum ſummitatibus prodeunt umbellæ cum floſculis candidis; radices admodùm tenues ſunt & odoratæ, quarum in officinis uſus eſt.

Moſchus. Eſt autem *Moſchus*, & excrementi, & Animalis, à quo idipſum habetur nomen. Animal verò exoticum eſt, idque *Indicum* in Regno *Pegu*, ac potiſſimum in *Agro Tumbaſcorum* admodùm frequens, *Capræ* non multùm diſſimile, ac corpore prægrandi *Dorcadem Moſchi*, *Gazellam Indicam* & *Capreolum Moſchi* nominant.

Huic cùm *Veneris* æſtro percellitur, furoris vehementiâ *Umbilici Regio* intumeſcit, ibique congeſto ſanguine multo & craſſo, fit apoſtema: atque tum ferum illud Animal potum cibumque averſatur omnem, & humi ſeſe provolvens, atque lapidibus & arborum truncis turgentem partem quâdam voluptate confricans, diſrumpit ac vomicam aperit, ex qua ſanies quædam excernitur, quæ verus eſt *Moſchus* omnium rerum odoratiſſimus & ſuaviſſimus, quique alias omnes *Moſchi* varietates, quæ nunc multæ circumferuntur, bonitate ſuperat.

Illa autem ſanies, ſuper arborum truncis aut ſaxis relicta, calore Solis, ac cæli bonitate coquitur, elaboratur, & viroſus ipſius odor, ſi quis ſit, diſſipatur, fitque præſtantiſſimus ille *Moſchus*, quo Reges

&

& Magnates donantur & utuntur; quod verò passim venditur, bonitate longè inferior est, & ab Animalibus venatu captis carpitur. Captâ enim Ferâ, Venatores partem cum corio simul abscindunt, cruorem effluentem exprimunt, colligunt, exsiccant, & servant cum utriculis aut pellibus eorumdem Animalium, quorum sæpè sanguis exsiccatus, pauculæ recrementi, dicti portioni commixtus, pro puro *Moscho* ab institoribus seu adulteratoribus venditur. Qui verò suapte naturâ in Animalis utriculo sibi maturitatem comparavit, hic verus & optimus est *Muscus*.

Est quoddam genus *Mustellæ* majoris, quæ quod Martia sit & pugnax (Gallinas enim etiam grandiores enecat) quibusdam *Martes*, aliis *Marturella*, vulgò *Fovina* dicitur, cujus excrementa *Moschum* redolent.

Sunt & quædam plantæ & fructus, qui hujus aromatis suavitatem naribus & palato referunt, ut *Geranium Moschatum*, *herba Moschata* dictum, *Rosæ Moschatæ*, & *Pyra Moschatellina*.

Myrobalani quinque generibus distinguntur, videlicet in *Citrinas*, *Chebulas*, *Emblicas*, *Indas*, & *Bellericas*. *Citrinæ* laudantur multum flavæ, in viride inclinantes, densæ, graves, gummosæ, cortice crasso os parvum complectente. *Chebulæ* quò majores, eò meliores, nigræ in rubrum inclinantes graves, quæ aquæ impositæ statim merguntur, cortice crasso. *Indæ* optimæ sunt

nigræ, ſubſtantiâ ſolidâ, ſi frangantur denſæ, magnæ, graves ſine oſſibus. *Emblicæ* ſunt magnæ, graves, denſæ, carne multâ, oſſibus exiguis. *Bellericæ* verò, denſæ, magnæ, graves & cortice craſſo, quæ his notis carent, aut vetuſtate exolctæ, aut aliud incommodum paſſæ ſunt.

Myrrha, *Arabicæ* arboris lachryma eſt. Laudatur quæ ſubviridis eſt, pinguis, ſplendens, reſinoſa, mordens, foris undique concolor; ſi frangatur, venas quaſdam unguium modo candidas intùs habens: taliſque eligenda quæ recens ſit, fragilis, lævis, amara inſuper & odorata. Inutilis eſt nigra, aut picco colore, gravis, retorrida & pinguedine carens.

Nardus, officinæ *Nardi ſpicam* appellant, cujus duo ſunt genera: unum *Indicum*, alterum *Celticum*. *Indicum* perquam odoratum ſit, recens & læve; haudquaquàm pulverulentum, *Cyperum* redolens, brevi ſpicâ, amaro ſapore linguam ſiccante, quod diù in ſua odoris gratia permaneat. *Celticum* verò in *Liguriæ alpibus* naſcitur: laudatur maximè recens, jucundi odoris, radice numeroſâ cohærens, plenum & non fragile. *Nardum ruſticam Lavendulam* vocamus.

Opium ſuccus eſt è capitibus papaveris nigri. Trium eſt generum: unum ex capitibus & foliis expreſſum, *Græcis Meconium* vocatur, quod ignavius: alterum lachryma eſt ex capitibus paululùm inciſis extillans, quæ verum eſt Opium. Optimum eſt denſum,

densum, grave, amarum, odoratu soporiferum, quod facilè *Aceto* dissolvitur, lene candidum, neque asperum neque grumosum, quod colatum non statim uti cera coëat, quod in Sole diffundatur, & admotum lucernis clarâ non atrâ luceat flammâ, & extinctum odoris vim conservet. Adulteratur *Glaucio*, hoc est *Mentha* aut Gummi, aut silvestris *Lactucæ* succo: Verùm *Glaucio* fucatum in dilutione, *Croci* colorem reddit; *Lactuca* depravatum inodorum est, & asperius: Gummi vitiatum, infirmum est & splendescit.

Opoponax, succus est effluens ex incisa radice, aut caule *Panacis*, quod *Dioscoridi* *Heracleum* dicitur. Commendatur quamamarissimus, interne albus aut subfulvus, foris colore croceo, lenis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescens & gravi odore. Niger improbatur ac mollis, nec non Ammoniaco aut cerâ adulteratus; sed synceri experimentum est, si digitis in aqua friatus resolvatur, & lactescet.

Rhabarbarum, in interiore *Sinarum* Regione provenit; undè in urbem *Cantan* (nobilissimum totius Provinciæ Emporium) exportatur, & inde navibus in *Indiam* advehitur. Optimum est si odore nares feriat, compactam simul habeat substantiam, aureo sit colore, aureisque ac ruffis venulis abundè distinctum, gustu amarum, grave pro lævitate sua, & quod madefactum croceo colore manum fricantis tingat. Conservatur per annos tres aut

quatuor integrum incorruptumque, si cerâ solâ, vel cerâ cum *Terebinthina liquata* circumlinatur, aut *Melle albo*, aut *Psyllio*, aut *Milio* mergatur.

Rhaponticum, ex *Septentrionali* plaga advehitur, optimum habetur quod teredines non habet, gustuque subacri cum remissa astrictione lentescit: ejus radix nigra est, *Costo nigro* foris, *Centaurio magno* intùs similis, sed minor, & magis rufa, fungosa & laxa, aliquantulùm lenis, sine odore, quæ mansa colorem reddit pallidum ad *Crocum* inclinantem, fragilis & amara.

Rubinorum multa sunt genera, sed nobilior ille *Rubinus* vocatur, cujus nitor vivacior sit cæteris, & rubore sit splendens & elegans: à rubore non sine ratione appellatus est *Rubinus*, optimus in Flumine *Pegu* reperitur, durus & frigidissimus.

Sagapenum, quod officinis *Serapinum* dicitur, est succus *Ferulaceæ* herbæ in *Media* nascentis. Laudatur translucens, fulvo forinsecùs colore, intùs albido, & quid inter *Laser* & *Galbanum* redolens, gustu acri, substantiâ crassâ, & facilè in aqua resolubile, quod his caret notis, adulteratum & spurium censetur.

Sandaracha, Lapis est in Metallicis venis, plerumque cum auripigmento nascens: ideò *Serapioni* auripigmentum rubrum dicitur: rufa est nonnihil ad luteum vergens, quæque cùm uritur fumum emittit pallidum, sulphurisque virus redolet etsi

etsi non consumatur. Animadvertendum est, quod *Sandaracha* non sit vernix scriptoria, ut aliqui putant; si quidem nihil aliud hæc est, quàm *Gummi Juniperi*, quod à *Mauritanis Sandarax* dicitur.

Santalum, est triplex, pallidum, album & rubrum, quæ genera non nascuntur in una Provincia, sed magna est locorum distantia. Pallidum, quod & Actuario dicitur *Santalum Citrinum*, *Santalum luteum*, *aromaticum*, *odoriferum* aliis præfertur; quia odoratius. Num verò id habeamus, valdè dubitandum, quandoquidem scribit Garcias ab horto vix in *Lusitaniam* deferri, quoniam ejus pretium majus sit apud ipsos *Indos*, quàm apud *Lusitanos*. Fieri igitur poterit, ut aliquod aliud odoratum lignum, ut *Cedri*, vel alterius arboris, nobis pro legitimo *Santalo*, obtrudatur, cùm & vulgare *Santalum Citrinum* acre sit, quale legitimum non est. In ejus defectu substituendum est, album seu candidum *Santalum*. Rubrum *Santalum* postremum locum obtinet, quod nullo commendetur odore, neque in iis locis nascatur, ubi cætera genera. Hoc decorticatum affertur, & *Ligno Brassiliano* dicto sæpè adulteratur; verùm licet utrumque sit inodorum, attamen *Santalum* neque dulce est, neque inficere debet. *Brassilianum* & dulce est, & inficit: ponderosior, quin etiam & solidior hujus materia, ideòque aquæ injectum statim fundum petit. Nostrum *Santalum* rubrum dulce est, & inficit; quare fortè

ſpurium & adulterinum erit dicendum.

Sapphyrus, eſt gemma pellucida, conſtans colore cæruleo ſive cyaneo, perquam tranſlucido, cælique ſereni colorem referens, ſplendore & perſpicuitate ſummâ; eſt gemmarum omnium duriſſima, Adamante excepto: optimus apud *Indos* reperitur.

Sarcocolla, cujuſdam arboris peregrinæ, & Gummi ab ipſa manantis nomen eſt. Naſcitur in *Perſide* fructuoſa & ſpinoſa ramis nodoſis, & arbori appreſſis, ex quibus ſauciatis, & interdùm ſpontè profluit lacryma *Thuris pollini* ſimilis, colore ſubrufa, amara ſapore citrà morſum, dulcedinem *Glycyrrhizæ* referens. Adulteratur Gummi, ſed guſtu deprehenditur, adulterata enim amara non eſt.

Sarſaparilla, planta eſt multis radicibus nitens, duos cubitos aut ampliùs longis, colore cinereo dilutior, quæ interdùm tam altè demittuntur, ut qui integras eruere volet, ei profundâ foſſione opus ſit. Ex *Hiſpania nova*, & Provincia *Honduras* transfertur. Matthiolus & Dodonæus putant eſſe eamdem cum *Smilace noſtrate*; diſſident tamen inter ſe multum, nam *Smilacis aſperæ* radix nodoſa eſt, & geniculata, graminis ritu, multoque brevior & mollior. Enodis verò eſt *Sarſaparillæ* radix, nullis geniculis aſperata, dura, fibroſa, rugoſa, medulloſa, & aliquando viginti pedes longa, atque Viminis inſtar faciliè finditur. Deligenda eſt candida ad

pal-

pallorem tendens, recens, non cariosa, sed medullosa, fractu contumax & ponderosa: nam quæ cariem sensit, & dum frangitur pulverulenta est, inutilis existimanda.

Sasafras arbor magna est, folia ferens ficulneis similia, & in tres partes divisa, stipites leves, subrubeos, & fœniculum olentes. Nascitur in Provincia *Florida* & *Mechuanensi*, ejus lignum optimum est recens, acri sapore præditum, ad cinereum colorem tendens, atque suum corticem retinens: nam quod cortice caret, vile & invalidum censetur.

Scammonii nomine succus plantæ cujusdam concretus, & planta ipsa intelligitur, quibusdam tamen magis propriè hæc *Scammonia*, ille *Scammonium* dici videtur. Est verò planta lactaria, volvulosa, scansoria, lævis *Smilacis* modo, cui foliis, flore, & facie valdè similis est, sed radice non parùm dissimilis, quæ in *Smilace* tenuis est, in *Scammonio* crassà, prælonga, intùs candida, odore gravis, & multo succo prægnans; ex eaque tenues & viticulosi surculi prodeunt, qui vicinos frutices conscendunt, amplexantur, & se implicant, folia ei lata & acuminata sunt instar *Arisari*, sed minora. Flores albidi, concavi, Calathi figura; nascitur uberiùs in pingui solo, præsertim in *Antiochia* & *Syria*. Ex ipsius radice *Scammonium* vulgò dictum, seu liquor colligitur plurimis modis, ut videri poterit ex Rænodeo, Theodoro & Cor-

Corbeio. *Mesue* laudat *Antiochenum*, subalbum, Gummi modo clarum, aut varium, quod fractum salivæ aut aquæ contactu lactescat, fractu facile, læve, odoris non tetri. *Dioscoridi* probatur læve, nitidum, rarum, fungosum, venulis exilibus. Adulteratum quoque aquæ contactu lactescit; sed adulterium vehementi acrimoniâ deprehendi ait.

Schœnanthum, id est *flos Junci odorati*, omnibus notum. Eligendum rufum, intenso colore, recens, tenue, rubentibus fragmentis, quod manibus fricatum Rosæ odorem emittit, igneæ mordacitatis ad linguam, eligatur floribus refertum, si fieri potest.

Sena duplex habetur, una est acutioribus angustioribusque foliis, quæ ex *Alexandria Ægypti*, vel ex *Syria Venetia* defertur, & vocatur *Sena Orientalis Alexandrina*, *Syriaca*, *Ægyptia*, *Sena minor.* Altera est latioribus rotundioribusque foliis, & in *Italia* spontè, vel lævi culturâ æstivis tantùm mensibus provenit, undè magna copia deportatur. Hæc vilior est, & *Orientali* longè inefficacior, ita ut hujus uncia tantum præstet, quàm *Orientalis* semiuncia. Probatur recens, viridis, probè resiccata, non maculosa, nec teredine exesa, nec stipitum admixtione fraudata. Ejus folliculi foliis præferuntur recenter siccati, colore è viridi obscuro, & *Senæ* odorem referentes; evanidi namque, seminibus vacui, putidi, ac male olentes purgatoriâ vi destituuntur.

Smaragdus, quo nihil viridius, tanti ſplendoris exiſtit, ut oculos intuentium perſtringat: tranſlucidus debet eſſe, nitens & colore excellens; ejus bonitas cognoſcitur, ſi in os ſumptus frigidus ſentiatur, & carbonibus injectus non ardeat, nec flammam emittat.

Styrax Calamita ſuccus eſt arboris cujuſdam *Syriacæ*, qui è *Pamphilia* advehitur intrà calamos, ne quid ſuavis odoris amittat. Præfertur rufeſcens, craſſa, ſpinoſa, albicantibus grumis plena, odore jucundo atque perſeverante dotata. Deterior nigra, furfuroſa, ſitu obducta & inodora; adulteratur ligni ipſius ſcobe, melle, cerâ, adipe odoribus imbuto, & quibuſdam aliis; dignoſcitur, quod adulterata invalido ſit odore; ſincera verò admodùm acris ſit.

Succini tres præcipuè ſunt differentiæ ex colorum varietate: prima lutea eſt, gratâ perſpicuitate tranſparens, auri colorem repræſentans: altera alba, imò candidiſſima eſt, rara, ſed optima: tertia obſcura, confuſos & variè mixtos colores obtinens. Probatur illa, quæ attritu calefacta illicò paleas, aliaſque res minutas ad ſe trahit, fulva ac tranſlucens, & quæ accenſa *Bituminis* odorem reddit.

Tacamahaca ex *nova Hiſpania* defertur, eſt Gummi ſeu reſinæ genus collectum è vulnerata arbore magna, inſtar *Populi*, admodùm odorata, cujus fructus eſt ruber, *Pæoniæ* ſeminis modo.

Tamar-

Tamar-Indus arbor eſt, in qua naſcuntur *Tamarindi*, procera, *Caſtaneæ* aut *Fraxini* modò, dura, compacta, multis cincta ramis, & foliis armata minutim inciſis palmi magnitudine. Fructus hi immaturi virent, & acidi ſunt; maturi ſubcineritii, eorumque tunc aciditas ſuavitate non caret. Probantur colore nigro rufeſcentes, multis villis intertexti, recentes, lenti, pingues, vinoſi, jucundâ tamen aciditate grati, nucleos intùs continentes ſativorum *Lupinorum* magnitudine, quodammodò rotundos, ſed planos, colore fulvos, & leves. Servantur in fictile vitreatum coacti, loco frigido & ſicco. Adulterantur *Prunorum* carne, ſed in his nigredo eſt obſcura, humidiores ſunt, & *Prunorum* odor & ſapor illis ineſt.

The herba, ſeu *Frutex Chinenſi*, *Tſia* verò *Japonibus*, eadem ſunt. Foliorum decoctum illis *The*; his *Tſia* itidem dicitur, licet *Chinenſium Tſia* ob majorum foliorum macerationem, & coctionem nigrum *The* appelletur. *Japonenſium Tſia* ob minimorum in ſummitate fruticis foliorum præparationem gratioris utique ſit ſaporis, majoriſque efficaciæ, ac altioris quoque pretii. Omnis *The*, ſive *Tſia*, nullibi terrarum (quantum quidem conſtat) niſi in *Japoniæ*, *Chinæ*, & *Chiam* campis colitur; exſurgitque ad *Ribeſiorum*, vel *Roſæ Europææ* molem & altitudinem. Caules & ramuſculi totius fruticis à pede uſque ad verticem perpetuis & infinitis floribus & ſo-

foliis tenuibus acuminatis, in ambitu crenatis, incisis & dentatis instar serræ, ornatè vestiuntur. *Bellidis* aut *Chamæpityos* foliis similibus, ab acetosa silvestri diversis, &c.

Quæ ejusdem licet formæ, diversæ adeò sunt magnitudinis, ut quinque differentiæ foliorum uni, eidemque frutici adnatorum appareant. Prima & maxima in inferioribus ramusculis, *Balsami hortensis* foliis simillima existunt. His succedunt ea, quæ secundæ magnitudinis, & prioribus multò minora sunt, ut sic gradatim ascendentia quinquies manifestè differant.

Verùm quantum hæc folia sursum magnitudine decrescunt, tantum pretio accrescunt. Hæc Guilielmus Piso in annotationibus ad historiam naturalem & medicam *Indiæ Orientalis*, Jacobi Bontii paginâ 87. 88. 89. quippè primæ magnitudinis exsiccatarum & præparatarum libra valet quinque asses; secundæ quinquaginta; tertiæ verò quinque florenos; quartæ quindecim; quintæ & ultimæ magnitudinis quinquaginta: imò subindè centum & quinquaginta florenos valet, si ritè præparata fuerint folia.

Flores porrò fert *The* albicantes, magnitudine, figurâ, colore, *Rosæ silvestri Europææ* (quæ *Eglancier* vocatur) excepto odore, simillimos. Quorum foliolis decidentibus, umbilicus manet, ubi semen horum fruticum rotundum, & nigrum continetur *Rosarum* instar, quod terræ com-

commiſſum novas producit plantas triennii ſpatio. Ex quorum foliis meſſis luculenta illis annuatim redit, etiam iis *Japoniæ* locis, ubi gelu & nix vigent æquè ac in *Hollandia.* Radices ſunt fibroſæ, & in minimas particulas diſperſæ circa terræ ſuperficiem, nullius hactenus uſus habitæ: ita ut ſola hujus decantatæ plantæ ſeu fruticis præſtantia in frondibus exiſtat, quæ VERE *Japonenſi* lectæ & in umbra exſiccatæ ad quotidianas decoctiones reſervantur. Quantùm ad ſaporem foliorum *The*, præter amaritudinem & calorem, aromaticum quid, & tenuitatem partium prædominantem potiùs, quàm adſtrictionem, arguere videntur.

Petrus Borrellus hiſtoriarum, & obſervationum rariorum Medico-Phyſicarum Centuria 3. obſervatione 39. de *Thea* ſic inquit: In duabus tantùm *Chinæ* Provinciis arbor *Thea* dicta reperitur, ex Alexandri de Rhodes peregrinationum hiſtoria, quæ *Bellidis* folia habet, & in una quàm in alia major eſt. Magnis curis colliguntur hæc foliola ſemel in anno (ut nos hîc in Gallia Uvas colligimus) ex arbore *Myrti* folio prædita. Bulliuntur in aqua, & tunc extendi poſſunt, & eorum forma percipi, &c.

Terebinthina vera ex *Terebintino*, ſeu *Termintho* arbore (ut *Græci* dicunt) habetur. Eſt enim liquor pinguis ex ejus trunco & ramis defluens. Optima eſt clara, perlucida, alba, acris & odorata. Laudatur

quæ

quæ ex *Chio Insula* defertur, *Chia* ob id nuncupata: hæc odore & gustu cæteris antecellit, & plus *Terebinthi* refert. Quæ cùm ad nos non advehatur, *Abietina*, quæ ex *Abiete* aut *Laricea*, quæ ex *Larice* effluit, loco illius substitui possunt.

Terra Lemnia præstantissima habetur, quæ ex *Insula Lemno* defertur, in placentulas efformata, ac aliquo plerumque sigillo obsignata, & ideò sigillata vocatur, rufo plerumque est colore, pinguis adeò, ut è sævo constare videatur, dum in ore contenta linguæ & labiis admovetur.

Thus est arbusculæ cujusdam in *Arabia* nascentis lacryma resinosa. Duo traduntur genera: unum dicitur *Olibanum*, seu *Thus masculinum*, quod ex albo flavescit, limpidum, pellucidum, pingue ac siccum est, resinæ *Cedriæ* puritatem, succinique nitorem emulatur. Alterum *fœmininum*, quod bonitate *masculo* cedit, resinosum magis ac molle, & citò ardens. Adulteratur admisto *Pini* aut *Nucis* ejus cortice; sed horum index ignis est: siquidem reliqui cortices suffiti, nequaquam incenduntur, & sine odore fumum eructant: *Thuris* verò cortex ardet, & cum odoris fragrantia vaporem ejaculatur.

Tragacantha est lacryma, quæ ex plantæ *Tragacanthæ* radicibus colligitur, & per cribrum aut rarum linteum exprimitur, candida, pellucida, nitida (licet & flavescens subrufa reperiatur) substantia est glutinosa, quæ difficulter teritur, & aquam,

quâ

quâ diſſolvitur, in denſam mucilaginem inſtar glutinis convertit. Eligenda candidiſſima, parùm tranſlucens, gracilis, lævis, ſyncera, ſubdulcis, & cùjus minima portio maximam aquæ copiam coagulat. Quæ eſt antiquata, primùm palleſcit, deindè rufeſcit, tandem etiam flaveſcit, fitque hæc annis amara, ob idque calidior, atque ideò ad confectiones calidas potiùs adhibenda. Adfertur ex *Creta*, *Aſia* & *Græcia*. Planta, ſeu Arbuſcula *Tragacantha*, etiam in *Italiæ* quibuſdam locis reperitur.

Turbith. Præfertur intùs ſubalbum, foris cineritium, fractu facile, recens, & cujus caulis pars radici proxima, gummoſa eſt. Improbatur vetus aut carioſum, quia viſcera conturbat.

Xylobalſamum, lignum *Balſami* legitimum nondùm in officinis proſtat, quale requirit *Dioſcorides*, recens, ſarmento tenui, fulvum, odoratum, quadamtenùs *Opobalſamum* ſpirans. Quod verò pro eo oſtenditur *Xylobalſamum* officinarum, alterius cujuſdam arboris virgultum eſt, & potiùs *Myrtum* quàm *Balſamum* refert. Hinc fortè *Lentiſci* (in *Italia* naſcitur) ſurculi; modo non carioſi ſint, ſed recentes, nec odorem amiſerint, & exſiccantes, moderatè quin & aſtringant, & aromatici ſint. Alii tamen *Macis* & *Cyperi* æquales partes, alii *Santalum* flavum, alii *Cubebas* ſubſtituunt.

INDEX MEDICAMENTORUM COMPOSITORUM IN HAC PHARMACOPOEA CONTENTORUM.

Aceta.

Antidota & Opiata.

Aquæ simplices Stillatitiæ, 13

Aquæ Compositæ.

Spiritus ardentes.

Cerata.

Condita. 49

Conservæ & Saccharata. 50

Decocta.

Electuaria solutiva.

Emplastra.

De

Looch sanum & expertum. 46

Mellita.

Olea per expressionem.

Olea Simplicia per infusionem & Decoctionem.

Olea Composita per infusionem & Decoctionem.

Olea per destillationem.

Pillulæ.

Extractorum conficiendorum modus generalis. 83

Pulveres Aromatici & alii.

Pulveres solutivi.

Rob.

Syrupi.

Tabellæ.

Tincturæ.

Succi-

Trochiſci.

Unguenta.

Præparationes Simplicium Medicamentorum.

Medicamenta Spagyrica.

Vitrio-

De Salibus fixis & Volatilibus.

Sal

Salis Essentialis conficiendi modus. 149

FINIS.